
SELECTA IURIS STEPHANI D'ELUANI CONSILIARIJ REGIJ IN CURIA...

Stephanus : d' Elvanus





M



SELECTA IVRIS STEPHANI D'ELVANI CONSILIARII REGII IN CVRIA PRÆSIDIALI BVRGENSI.

IN QVIBVS QVÆSTIONES QVÆ frequentius in Vſu forenſi Occurrunt breviter & dilucide tractantur.

Editio Vltima prioribus multò Emendatior.





MONSPELII,
Sumptibus PETRI RIGAVD.
M. DC. LXXXI






CLARISSIMO ET AMPLISSIMO VIRO

D. D. PHILIPPO BORNERIO,

REGIS CONSILIARIO ET
in Præfecturâ & Curiâ Præsidiali
Monspeliensi Deutero Pro-
præsidi integerrimo.



Larissime & Amplissime vir,

*Nihil non in hoc orbe terrarum fato obno-
xium. Omnes homines alta premit nox. He-
roes illi quibus decantandis fama centum ora
adhibuit mortis ineuitabile telum experti
sunt, & quod flebilius, ingrata posterorum*

ætas sæpe eorum memoriam obliuionis tumulo tandem condidit; non mirum eandem esse operum Præstantissimorum sortem. Tacent aliquando per secula, hominum incuriâ, libri eximij à Doctis semper legendi; sed ut homines manet resurrectio quâ nouum & immortale decus adepturi sunt, qui per hanc vitam virtutibus claruere; idem libris melioris notæ quotidie accidere nemo non videt, cum ij tandem quasi è puluere excitentur, denuòque in lucem prodeant à doctis semper versandi; specimen dabit etiam liber Clarissimi Stephani Delvani, si eius secundis natalibus propitius adsis, eumque præstantis ingenij partum ut alter parens, tollere ac suscipere velis quod (Si vir Amplissime) ex tàm felici omine mihi liceat eius sortem augurari dicam profecto eum fore omnibus literarum amantibus carissimum ut pote insignitum tuo nomine, quod cum in Majoribus illustre fuerit, per te Illustrissimum euasit edito prorsus illo admirando opere quod Galliæ, omnibusque eius, juris tribunalibus,

imò & immortalitati donasti, idem ô utinam, nec vana fallet spes, in longæua nepotum serie clarissimum semper futurum. Nihil de te ampliùs dicam, quia nihil non dicendum, itaque melius est tacere, ne culpâ ingenij mei tanto incœpto disparis, laudes tuas immortales deteram. Certum igitur ac indubitatum habeo librum hunc quem tibi offero, omnibus commendabilem fore, ut pote à te commendatum, & calculo tuo dum offerri sinis, comprobatum. Liceat id per te, quæso, vir præstantissime, ut dùm sic istius libri ornamento consulo, omnibus notam faciam summam me erga te reuerentiam perpetuumque quo me tibi mancipaui, obsequium. Vale Monspelij, decimo sexto Kalend. Nouembr. anno Christi M. DC. LXXXI.

Omni cultu & obsequio addictissimus.

PETRVS RIGAVD.



Extrait du Privilege du Roy.

LOVIS PAR LA GRACE DE DIEV ROY DE FRANCE ET DE NAVARRE : A nos amés & feaux, les Gens tenans nos Cours de Parlement, Baillifs, Senechaux, Prevots ou leurs Lieutenans, & tous autres nos Justiciers & Officiers qu'il appartiendra, Salut : Nôtre bien aimé M. Etienne Delvan Conseiller au Bailliage & Siege Presidial de Bourg en Bresse, nous a fait remontrer qu'il a composé un livre intitulé *Selecta Iuris Stephanij Delvanij Consiliarij Regij In curia Presidiali Burgensi*, & de plus reveu la table de Guenois sur les Ordonnãces, & icelles augmentées de nouvelles Ordonnances : lesquels Livres il desireroit faire mettre en lumiere, s'il avoit sur ce nos Lettres à ce requises & necessaires : A CES CAUSES, desirant bien favorablemẽt traiter ledit Exposant, & qu'il ne soit frustré de son labeur, luy avons permis & octroyé, permettons & octroyons de grace speciale par ces presentes, faire Impri-

mer en telle marge & caracteres que bon luy semblera lesdits livres, iceux faire mettre & exposer en vente, & faire distribuer durant le tems de six années, à commencer du jour qu'il sera achevé d'Imprimer, deffendant à tous Imprimeurs, Libraires Etrangers & autres personnes de quelle qualité & condition qu'ils soient, d'Imprimer ou faire Imprimer ny mettre en vente, durant ledit tems lesdits Livres, sous couleur de fausses marques ou autres deguisemens, sans le consentement & permission dudit Exposant ou de ceux ayant charge de luy, sur peine de confiscation d'iceux, de cinq cens livres d'amande, de tous dépens, dommages & interests envers luy, à la charge d'en faire mettre deux Exemplaires de chacun en nôtre Bibliotheque avant que les faire exposer en vente, suivant nôtre Reglement, à peine d'être décheu du present Privilege: Si vous mandons quedu contenu en ces presentes, vous fassiés, souffriés & laissiés joüir ledit Delvan pleinement & paisiblement, & à ce faire souffrir & obeir tous ceux qu'il appartiendra, & en faisant mettre au commencement ou à la fin desdits Livres ces presentes ou un bref Extrait d'i-

celles, voulons qu'elles ſoient tenues pour duëment ſignifiées, & qu'à la Collation foy ſoit ajoûtée comme au preſent Original; CAR tel eſt nôtre plaiſir. DONNE' à Paris le ſixiéme jour d'Avril l'An de grace mil ſix cens vingt ſix, & de nôtre Regne le ſeiziéme. Par le Roy en ſon Conſeil RENOVARD, Et ſcellé ſur ſimple queuë du grand Seau de Cire jaune.

Extrait collationé ſur le Privilege inſeré dans ledit livre Imprimé à Bourg en breſſe en 1626. par nous Lieutenant particulier en la Senechauſſée & Siege Preſidial de Montpelier ſouſſigné, ce 3. Mars 1682.
BORNIER Lieutenant.

Pour ſervir de permiſſion, veu le privile expiré.





SELECTA IVRIS

STEPHANI DELVANI

CONSILIARII REGII in Curia Præsidiali Burgensi.

De Procuratoribus.

1 VI posteriorem dat procuratorem, priorem prohibuisse videtur. l. si quis 31. §. ult. de procur. c 14. de procur.

2. Pluribus vero procuratoribus in solidum simul datis, occupantis melior erit condi-

tio. l. pluribus 32. de procur. c. 46. de elect. in 6o.

3. Quid si concurrant? tunc simul admittentur, nisi in iis quæ non possunt commodè per duos explicari: tunc enim is admittitur, quem Judex elegerit. d. c. 46. de elect. in 6.

4. Eodemque modo fiet, si plures non in solidum, sed simpliciter constituti fuerint. d. c. 46. ꝟ. si autem. c. 6. ꝟ. sane de procur. in 6.

5. Idem observandum & si plures in solidum depetati fuerint Iudices. c. 8. de off. iud. del. in 6.

6. Ita vero melior fit conditio occupantis, ut alij ulterius intromittere se nequeant. c. 6. de proc. in 6.

7. Nisi exceptnm fuerit, ut melior non fieret conditio occupantis; tunc enim impedito eo, qui occupavit alter poterit negotium perficere, si nullus ab occupante fuerit substitutus. d. c. 6. de proc. in 6.

8 Procuratio generalis non porrigitur ad eos casus, qui mandatum exigunt speciale. c. 5. de proc. in 6.

9 Nec si clausula fuerit apposita (etiamsi mandatum exigant speciale) nisi cum ex-

pressis certis casibus speciale mandatum exigentibus, ea deinde clausula adiecta fuerit. c. 4. de procur. in 6.

Quæ vero procurator sine speciali mandato agere non potest hæc fere sunt.

10 Transigere vel pacisci, d. c. 4. inf. de proc. in 6. l. mandato. 60. de procur. l. nulli. 13. ff. de transact. l. transactionis. 7. C. eod. l. 1. §. 1. ff. de off. proc. Cæsar.

11 Si tamen procuratori mansdatum sit ut compromittat, transigere poterit: quia compromissum & transactio æquipollent: atqui nihil refert quid fiat ex æquipollentibus. per l. ult. ff. mand. ita refert Alexander cons. 40. vol. 5.

12 Resignare, nec procuratio post annum valet Henr. 2. 1550. art. 10.

13. Et ipsa specialis procuratio simul cum actu est insinuanda apud acta intra duos menses henr. 2. 1553. art. 5. 4. 9.

14 Insinuationem requirere henr. 2. 1553. art. 15.

15 Inscribere de falso franc. 1. 1535. cap. 5. art. 23.

16 Suspectum dicere. l. non solum. 39. §. ult. de procur.

17. Evocationi consentire franc. 1. 1529. art. 5.

18 Evocationem requirere franc. 1. 1545. art. 4.

19 Vendere. l. procuratorem. 16. l. si pretium. 19. C. de procur. l. Iulianus. 13. §. si procurator. 25. ff. de act. empti.

20 Nisi fructus, & alias res quæ facile corrumpi possunt. l. procurator. 63. ff. de procurat.

21 Obligare. l. 1. ult. C. aliena res pign. l. solutum. 11. §. ult. de pigner. act.

22 Nisi ei universorum bonorum administratio permissa sit ab eo qui sub pignoribus solebat mutuas pecunias accipere. l. vel universorum. 12. ff. de pigner. act. facit. l. si qui semisses. §. ult. ff. de usur.

23 Sed & procurator generalis speciale domini mandatum potest immutare, vel etiam revocare, si emergat causa quam si scisset dominus mandatum revocasset. l. si hominem. 30. ff. mand.

24 Potest & societati renuntiare. l. actione. 65. §. renuntiare. 7. & §. item scriptum: 8. ff. pro soc.

25 At vero si non generalis tantum: sed & omnium bonorum administratio libera

nissa sit: tunc vendere licebit. §. qua one. 45. instit. de rer. divis.
.6 Exigere. l. procurator. 58. ff. de ›cur.
:7 Permutare. de l. procurator. ff. de ›cur.
28 Solvere. l. sed & 59. ff. de procur.
29 Eodem modo filiusf. & servus quibus ›era peculij administratio concessa est, ıcisci possunt, dummodo non donandi usa. l. contra juris. 28. §. ult. ff. de pact.
30 Credere pecuniam. l. fin. a. 29. ff. e pact.
31 Obligare. l. si convenerit. 18. §. ult. um l. seq. ff. de pign. act.
32 Alienare. l. si liberam. 10. C. quod :um eo qui in aliena pot.
33 Delegare. libera. 48. §. ult. ff. de prcul.
34. Novare. l. dubitari ult. in pr. ff. de novat.
35 Donare vero non possunt. l. filiusf. 7. ff. de donat.
36 Nisi iusta de causa. d. l. filiusf. §. 1. ff. de donat.
37 Vel nisi hoc nominatim permissum

ſit, d. l. filiusf. §. item videamus, 2. ff. de donat.

38 Vel præſumptio ſit ex dignitate filij hoc quoque ei permiſſum fuiſſe. d. l. filiusf. §. nonnunquam. 3. ff. de donat.

39 Hinc fit ut pro alio rem peculiarem obligare non poſſint. l. 1. §. 1. ff. quæ respign.

40. Neque pignus remittere. l. ſi conſenſit. §. 1. ff. quib. mod. pig. vel hyp. ſolu.

41. Niſi cum pretium pro pactione accipiant quaſi vendant. l. ſicut. 8. §. an paciſci. 5. ff. quib. mod. pig. ſol.

42. Hæc quantumvis ampla ſit conceſſio in eam tamen dolus venit. l. creditorem. 60. §. lucius ult. ff. mand. l. ita autem. 5. §. Julianus. 7, ff. de adm. tut.

43. Atque adeo hanc liberam adminiſtrationem ſpecialiter conceſſam eſſe oporter. l. quam Tuberonis. 7. §. 1, in fine. ff. de pecul.

44. Non perdurat in eo qui in eodem ſtatu non manet quo erat cum ei conceſſio facta eſt v. g. ſi fugitivus fiat, ſi ignoretur vivat an mortuus ſit, ſi in exilium ierit. l. libera. 48. ff. de pecul. l. rogaſti. 11. §. ult. ff. de reb. cred. l. cum quis. 38. in pr. ff. de ſolut.

45. Iusiurandum quoque procurator deferre potest si vel ei id ipsum nominatim mandatum est; vel omnium bonorum administratio libera ei concessa fuerit. l. jusjurandum. 17. §. ult cum duabus seq. ff. de iureiur.

46. Nam & hoc servo licet liberam peculij administrationem habenti. l. servus. 20. iuncta. l. seq. ff. de iureiur.

47. Licet & filiof. l. quidam. 22. ff. de iureiur.

48. Sed & jurare potest in animam domini sui qui specialiter mandavit ut iuraret c. 38. de elect. in 6. c. 8. de juram. cal. in 6.

49. Necnon iuramentum quod præstiterit adversario deferente domino prodest l. nam posteaquam. 9. §. iusiurandum, 6. l. ult. §. sed. & si 2. ff. de iureiur.

50. Jurare tamen inuitus non cogitur. l. iusiurandum. 3. ff. de jureiur.

51. Idem obtinet in tutore & curatore. l. videamus. 4. in pr. ff. de in lit. iur.

52. Et eorum confessio non sufficit ad condamnationem. l. certum. 6. §. sed. an 4. ff. de confess.

53. Procurator tenetur de omni culpa.

l. procuratorem. 11. l. cum per procuratorem. 9. C. mand. l. si procuratorem. 8. §. dolo autem, & seq. & l. de tuo 9. & l. idemque. 10. in pr. & §. 1. ff. mand.

54 Non autem de casu fortuito. l. à procuratore. 13. C. mand.

55 Ex mora vsuras soluit. l. idemque. 10. §. si procurator. 3. ff. mand.

56 Easque reddit quas accepit. d. l. idemque. §. si procurator. 3. ff. mand.

57. Eiusque pecuniæ usuras dependit quam in usus suos conuerterit d. §. si procurator. 3. ff. mand.

58 Et cuius usuras promisit. l. qui negotia. 34. in pr. ff. mand.

59 Tenetur ex falsa renuntiatione. l. si mandauero. 42. ff. mand. l. in re mandata. 21. C. eod.

60 Non solum ipse procurator, sed etiam ille qui eius dolo absolutus est, vel factus est locupletior; poterit conveniri, si procurator sit non soluendo. l. & eleganter. 7. §. si dolo malo. 9. l. sed & 15. §. item. 2. ff. de dolo lege si procuratorem. 8. §. 1. ff. mand.

61 Condemnatus vero dolo procurato-

ris tuebitur se doli exceptione. l. si procurator. 9. ff. de doli mali except.

62 Procurator in iure interrogatus, ex omnibus causis respondere debet ex quibus dominus. l. non solum. 39. in pr. ff. de procurat.

63 Eiusque scientia vel dolus in eo quod ad eius curam spectat dominum obligat. l. procuratoris autem. 9. in pr. ff. de tribut. act. l. cuicunque. 5. §. ult. ff. de instit. act. l. sed & 6. ff. eod. l. apud Celsum. 4. §. quæsitum est. 18. l. procurator. 11. ff. de doli except.

64 Procurator ad lites ante litis contestationem alium substituere non potest. l. quod quis. 8. l. neque tutores. 11. C. de procurat. l. ab executore. 4. §. ult. ff. de appell.

65. Mandatarius vero potest quocunque tempore. l. si procuratorem. §. si quis. 3. ff. mand.

66 Potest & negotiorum gestor. l. si quis. 28. ff. de neg. gest.

67 Procurator vero ad matrimonium contrahendum substituere non potest nisi hoc ei specialiter concessum sit c. ult. de procur. in 6.

68 Eius qui negotia absentis gerit officium, reverso domino & se negotijs immiscente, tantisper cessat dum dominus præsens est: si vero rursum abfuerit non acceptis rationibus à procuratore, durat adhuc officium procuratoris. l. qui mutuam. 56. §. non ideo. 2. ff. mand.

De Advocatis

1 QVæstus advocationis peculij castrensis habet privilegium. l. fori tui. 4. C. de advoc. div. jud.

2 Advocati fisci suam, vel filiorum suorum, & parentum, vel pupillorum quorum tutelas gerunt, & adversus fiscum agere non prohibentur. l. hi qui. 10. in pr. ff. de postulan.

3 Et tutor adesse pupillo in eo negotio potest in quo prius advocatus contra patrem eius fuit. l. ult. de postul.

4 Et agere pupilli causam adversus fiscum, in qua adversus patrem pupilli antea advocatus fisci fuisset. d. l. ult. ff. de postul.

5 Advocatus qui de quota litis paciscitur

bet ab officio advocationis removeri. l. qui. 5. C. de postul.

6 Non debet cum clientulo suo contrahere. l. quisquis. 6. §. praeterea. 2. C. de postul. Guenes. p. 77. num. 9.

7 Quemadmodum nec medicus cum aegroto quem curat. l. si medicus. 3. ff. de extraord. cognit.

8 Posse tamen pacisci advocatum de pecunia in genere, vel alia re quam de ea quae est in lite censet Guido Papae. q. 102. adde q. 190.

9 Necnon certam summam pro sumptibus persequendae litis à semetipso faciendis Guido Papae. ibid,

De Iudicibus & Iurisdictione.

IVDEX eius rei de qua Iudex est arbiter esse prohibetur. l. sed si. 9. §. si quis. 2. ff. de arb. vide Guid. Pap. q. 69.

2. Cum plures ad iudicandum dati sunt iudices, ab uno, vel etiam maiori parte lata sententia reliquis absentibus, non nocet. l. cum magistratus. 4. C. quan. prov. non est nec. l. Pomponius. 36. l. tunc au-

tem. 37. l. duo 39. ff. de re judic. facit. §. quia non omnes ff. de concepr. dig.

3. Nisi in rescripto inserta sit clausula, ut si omnes procedere non possint reliquis procedere liceat, tunc enim poterunt procedere dummodo constet, aliquos non posse, vel etiam nolle procedere. c. 21. de off. jud. del.

4. Qua non posita absens potest vices suas committere si sit à suprema potestate delegatus. c. 6. eod.

5. Ea vero posita non potest. c. 34. in fine eod.

6. Ad. hæc non tenet iudicium si ab eo redditum sit qui fuit recusatus vel à quo fuit appellatum. c. 23. 39. eod.

7. Iudex autem post litem contestatam recusari non potest nisi ex nova causa vel de novo cognita franc. 1. 1529. art. 7. in fine.

8. Vt in indicibus, sic & in arbitris uno plurium absente lata sententia non valet. l. si unus 17. §. ult. juncta. l. sicut. 18. ff. de arbit.

9. Nec cogi possunt reliqui ut sententiam ferant. l. pedius. 7. §. ult. de l. item si unus. 17. §. item 2. ff. de arb.

o. Nisi ita compromissum sit, ut hoc
at etiam uno, vel pluribus absentibus
ed si ita 8. l. non distinguemus. 32. §.
n in plures. 13. ff. de arb.

1. Eius iudicis sententia ipso iure nul-
est, qui excedit in iudicando, vel mul-
ando summam sibi præfinitam, supra
iam iudicare, vel mulctare non potest.
certa ratione. 5. C. quando provoc.

12. Licet tamen iudici de maiori summa
ronuntiare, si tempore ferendæ senten-
iæ summa reperiatur maior, quam iudici
ermissa sit, quod tamen prima facie non
idebatur. l. ult. §. ult C. de appell.

13. Licet & cum super pluribus actioni-
bus fert sententiam, si separatæ non ex-
cedunt summam ei præfinitam, licet coa-
cervatæ excedant. l. si idem. 11. in pr. ff.
de iurisd.

14. Sed & in reconventione de maiori
summa pronuntiare poterit. d. l. si idem
§. sed. & si. 1. ff. de iurisd.

15. Et in communi dividundo iudicio,
si pars cuiusque non excedat, licet tota res
excedat. d. l. si idem. §. ult. ff. de iurisd.

16. Et si partes consentiant. l. de

quare 74. §. 1. ff. de iudic. l. inter, 28. ff. ad Municip. Guid. Pap. q. 285.

17. Nam incompetens iudex iudicare potest partibus consentientibus. l, 1. ff. de iudic.

18. Dummodo aliquam iurisdictionem habeat. d. l. 1. & l. qui neque. 81. ff. de iudic. l. 1. l. privatorum. 3. C. de iurisd. omn. iud. l. si qui. 7, C. de episc. aud. Guido Pap. q. 286, num. 2.

19. Vel nisi iurisdididictio fuerit ei iudici prohibita vel lege, vel pacto; tunc enim prorogari non potest. Guid. Pap. q. 275.

20. Consentiunt in iudicem, qui scientes se non esse eius subditos iurisdictioni, illius tamen subeunt spontanea voluntate judicium. l. consensisse. 2. in pr. & §. 1. ff, de judic. Guid. Pap. q. 370.

21. Hac ratione judex ad tempus datus; post tempus iudicare poterit litigatoribus consentientibus. d. l. consensisse. §. si & judex. 2. ff. de iudic.

22. Et iurisdictio prorogata durat etiam post sententiam Guid. Pap. q. 462.

23 Quantum ad summam spectandum est, quantum petatur, non quantum debea-

tur. l. cum quædam. 19. §. quoties ult. ff. de jurisd.

24 Et observandum ne is iudex detur quem altera pars nominatim petat. l. observandum. 47. ff. de judic.

De Rescriptis & Commissionibus.

1 NON valent rescripta nisi apponatur clausula si preces veritate nitantur. l. universa. 7. C. de divers. rescript.

2. Quinimo sunt suspecta de falso. c. 2. de rescript.

3 Nec rescripta ad beneficia si in eis taceatur dignitas impetrantis. C. 8. 17. 27. de rescript.

4 Vel etiam si in eis non fiat mentio rescriptorum ad beneficia prius impetratorum. C. 31. 32. 42. de rescript.

5 Vel si fuerit religionis impetrantis conditio suppressa, C. 5. de confirm. util. vel inut.

6 Vel numeri canonicorum si ecclesia certo constet numero. C. 19. de rescript.

7 Nisi aliquem supra numerum receperint prius canonici: nam tunc exceptio-

nem numeri opponere non possunt. C. 22. de præben.

8 Nec valent litteræ ad beneficia impetratæ, quæ de alterius colorata facti possessione non faciunt mentionem. C. 6. de concess. præb.

9 Similiter secunda judicis commissio non valet, si in ea mentio non fiat primæ qua alteri lis erat commissa. C. 3. 22. de rescript.

10 Itaque nec secundi judicis debet sententia executioni mandari. C. 24. de rescript.

11 Et in genere posteriora rescripta prioribus non derogant, nisi id expressum sit in posterioribus. C. 12. de off. iud. deleg. C. 2. de dolo & contum.

12 Vel nisi dolo aut negligentia priora fuerint suppressa. C. 9. 12. de rescript.

13 Scilicet si impetrans intra annum eis vsus non sit. C. 23. de rescript.

14 Qui contra eundem in eadem causa, ad diversos judices duas commissiones impetrat, & eis vtitur perdit commodum utriusque. C. 16. de rescript.

15 Quin imo commissione semel laxata aliam impetrare non licet postquam commissio

ssio fuit præsentata, vel pars citata fuit
uido Pap. q. 286. cum ibi annotatis.
16 Sed litigantes tunc sibi providere de-
ent, vel via suspecti, sive recusationis,
el exceptione fori, & alijs juris remedijs
udov. 12. 1512. art 40.
17 Delegatio autem vel commissio su-
perveniens non confirmat prius acta ab eo
qui jurisdictionem non habebat Guid. Pap.
q. 286. num. 2.
18 Non debet quis ultra duas diætas ex-
tra suam diæcesin ad judicium trahi, nisi
de consensu commissio fuerit impetrata,
vel nisi id ita expressum sit de hac consti-
tutione mentione facta. C. 28. de rescript.
19 Nec valet commissio pro alio im-
petrata fide eius speciali mandato: nisi sit
ejusmodi persona à qua de jure mandatum
non exigitur. C. 28. ℣. sunt & alij de res-
cript.
20 Idem obtineo licet mandatum inter-
cesserit, si mandati revocatio fuerit facta,
eaque ad procuratoris notitiam pervenerit.
C. 23. in fine de rescript.
21 Denique si conveniendus per rescrip-
tum moriatur antequam conventus fuerit,
successor eius ex eodem rescripto conveniri

non poterit. C. 26. de rescript.

22 Delegatio facta dignitati transit in successorẽ in ea dignitate. C. 14. de off. judic. de leg. facit l. annua. 20. §. ult. de annuis leg.

23. Onus quoque dignitati iniunctum. C. 21. de præben.

24 Et gratia alicui concessa ut providere possit de personis idoneis in certa ecclesia personis non expressis, non expirat etiam re integra obitu concedentis: secus si personæ expressæ fuissent. C. 36. de præben. in 6.

25 Alioquin morte delegantis expirat jurisdictio delegati. l. & quia. 6. ff. de jurisd.

26 Non tamen si ante delegantis obitum lis coram delegato fuerit contestata. C. 19. de off. iud. del.

27 Vel etiam antequam sciret obitum delegantis. C. 20. de off. iud. del.

28 Vel antea coram delegante Guid. Pap. q. 491.

29 Sed & expirante iurisdictione delegantis expirat iurisdictio delegati. l. eum. 13. ff. de iurisd.

30 Necnon revocatione ab ipso delegante facta, vel ab alio qui majus imperium in ea iurisdictione habet, habet, & eadem

dignitate superveniente delegato. l. iudicium. 58. ff. de iudic.

31 Et si tempus commissionis expiraverit. l. cum non eo. 6. C. quando provoc.

32 Quod incipit statim currere atque iudex literas commissionis accepit. C. 12. in fine de appell.

33 Nisi de communi partium consensu prorogetur. C. 4. de off. iud. deleg.

34 Non ita in iudice ordinario: nam etiam post tempus quo eius expiravit officium, poterit eo defungi donec successor in officio, eius possessionem adeptus sit Guid. Pap. q. 501.

35 Quin etiam iudices à præside dati solent etiam in tempus successorum eius, durare. l. venditor. 49. §. ult. ff. de iudic.

36 Commissio quoque per magistratum data uni ex officiariis suis, ad iussum vel sententiam suam executioni mandandam non expirat morte concedentis Guido Pap. q. 491.

37 Delegatus autem subdelegare non potest, nisi sit à principe delegatus. l. ult. in pr. ff. de eo cui mandata est iurisd. l. more. 5. ff. de iurisd. l. & quia. 9. ff. eod. Guid. Pap. q. 374. num. 6.

38 Et si quidem executorem dederit ab eo executore non appellatur, nisi excedat modum suæ commissionis, vel nisi suspectus sit. C. 27. de off. iud. del.

39 Quod si iurisdictionem subdelegaverit: si non totam appellatur ad eum, ut & cum appellatur ab executore ab eo dato. d. C. 27. de off. iud. del.

40 Si vero totam subdelegaverit: non appellatur ad eum, sed ad primum delegantem. d. C. 27. de off. iud. del.

41 Nota quod si unus ex duobus delegatis à principe cum clausula appellatione remota, subdelegat alteri vices suas acceptanti, non potest acceptans subdelegare, nec appellatione remota procedere licet ante acceptationem id poterat. d. C. 27. ℣. si vero de off. iud. del.

42 Non creditur aliquis esse delegatus, nec debet eius sententia executioni mandari, nisi fidem faciat de sua delegatione. Gui. Pap. q. 322.

43 Nec citatus coram delegato tenetur comparere si in citatione non iungatur exemplum rescripti per quod delegatio facta est Guido Pap. q. 445. num. 2.

44 In rescriptis principum ea censentur

concessa quæ alijs præjudicium non afferunt l. prætor ait. 2. §. merito. 10. §. si quis. 16. ff. ne quid in loco publ. l. servitutes. 14. §. ult. de servit. l. Imperatores. 17. ff. de servit. rust, præd. phil. 6. 1338. C. 15. de off. iud. del. l. sciendum. 18. l. si quis. 41. ff. ex quib. cau. mai.

45 Actus quoque à principe concessus legitimo modo permissus esse creditur. l. si quando. 35. in pr. C. de inoff. test. l. rescripta. 7. C. de prec. imp. offer.

46 Et secundum consuetudinem. C. 6. de consuet.

47 Nisi iuri vel consuetudini per rescriptum specialiter derogeretur. C. 3. de cap. monac.

48. Iudex territorij committ, potest ad examinationem testium absentium in suo territorio habitantium. l. iudicis. 18. C. de fide inst.

49 Imo debet si postulatum sit henr. 3. 1579. art. 118.

50 In civilibus causis non autem in criminalibus nov. 90. C. 5.

51 Rescriptis, & litteris iudicialibus non creditur, nisi sigillo consueto & sub-



scriptione scribæ munita sint, Guido Pap. q. 481.

De Arbitris.

1 DE rebus spiritualibus id laicum compromitti non potest, nisi de authoritate & consensu iudicis ecclesiastici. c. 8. 9. de arbit. c. 2. 18. de foro compet.

2 Coram arbitro non fit reconventio. c. 6. de arb. l. non distinguemus. 32. §. de officio. 15. ff. de arb.

3 Arbiter debet sententia sua controversiam dirimere alioqui eius sententiæ impunè non paretur. d. l. non distinguemus. §. quæsitum. 16. & §. item si 17. ff. de arb.

4 Nec valet compromissum factum in duos vel plures, hoc adiecto, ut si dissentiant inter se alium assumant, nulla persona expressa. l. item si unus. 17. §. si in duos. 5. ff. de arbit.

5 Si tamen duo sint arbitri, & non consentiant possunt à iudice cogi tertium assumere. & sic lata sententia valet. d. l. item si unus. §. principaliter 6. ff. de arb.

6. Licet superiore casu à tribus lata sen-

tentia non valeat. c. 12. de arb.

7. Item absente aliquo ex litigatoribus lata sententia arbitri non valet, verum absens incidit in pœnam compromissi. l. diem proferre. 27. §. si quis. ff. de arb. l. si contra. 2. C. eod.

8. Idem est & si quis præsens arbitrum sententiam dicere prohibuerit. d. l. diem. §. & si 6. ff. de arb.

9. Nisi iusta de causa prohibuerit. l. non distinguemus. 32. §. cum quidam. 14. ff. de arb.

10. Et nisi legitima absentia sit excusandus dummodo paratus sit compromissum renovare. l. quid tamen. 21. §. si quis. ff. de arbitr.

11. Morte unius litigatorum solvitur compromissum, nisi in eo omnium litigantium heredes fuerint comprehensi. l. diem. 27. §. 1. l. sed & 49. §. ult ff. de arb. c. 14. de arb.

12. Si minor sit heres tutor adesse debet: & si quis compromittentium post compromissum factum furere ceperit, eius curator adesse debet. l. si compromissum 47. §. ult. iuncta. l. 48. & 49. in pr. ff. de arb.

13. Solvitur etiam compromissum bo-

norum cessione unius compromittentium. l. item si nnus. 17. in pr. ff. de arb.

14. Et morte arbitri, l. arbiter. 40. ff. de arb.

15. Et diei expiratione, nisi ut proferre liceat dictum sit. l. labeo. 25, ff. de arb.

16. Si nulla præfinita sit dies expirat triennio Guid. Pap. q. 240, cum ibi annotatis.

17. Et sententiæ prolatione si sit definitiva, secus si præparatoria. l. qualem. 19. §. ult. l. quia arbiter 20. ff. de arb.

18. Vel si de pluribus controversiis sumptus est ut simul dicat. nam tunc licet de quibusdam dixerit, nondum tamen arbiter esse desinit, donec de omnibus simul dixerit: quinimo & sententiam priorem mutare poterit. l. quid. tamen. 21. in pr. ff. de arb. l. labeo. 25. in pr. ff. eod.

19. Diei vero prorogatio conditionem compromissi nihil immutat iccirco si fidejussores adhibiti fuerant, iidem vel alij æque idonei sunt post prorogationem adhibendi prorogatione enim diei fidejussores sunt liberati, nisi se de novo obligaverint. l. labeo. 25. §. hæc clausula cum §. seq. ff. de arb.

20. Sententia arbitri non infamat l. quid ergo. 13. §. ex compromisso, 6. ff. de his qui not. inf.

21. Testes examinati coram arbitris, non probant coram ordinario, nisi inter partes aliud fuerit actum Guido Pap. q. 124, inf.

De Editionibus.

1. REUS actori edere non tenetur. l. qui accusare. 4. ult. C. de edendo.

2. Nisi publicum sit instrumentum cuius editio petitur. l. si legatum. 2. l. si quis. 6. §. prohibet. 9. l. argentarius. 10. in pr. & §. 1. ff. de edendo.

3. Vel utrique parti commune. c. 12. de fide instrum. l. procurator. 7. C. de edendo.

4. Actor vero reo edere cogitur. l. non est novum. 5. l. justum 6. l. ult. C. de edendo.

5. Et ipse reus actori quandoque officio judicis causa cognita. l. 1. C. de edendo. l. si quis §. prohibet. ff. eod. l. illatæ. 4. C. de fide inst.

6. Edi autem debet non totum instru-

mentum, sed illud tantum capitulum de quo controversia est. c. 3. de fide instrum. l. argentarius. 10. §. edi autem. ff. de edendo.

De Iudicijs.

1 HEres sequitur forum defuncti, sine ulla fori præscriptione. l. heres. 19. in pr. l. si is 34. ff. de iudic.

2 Ad præstationem tamen fideicommissi non est compellendus alibi, quam ubi est maior pars hereditatis. l. si fideicommissum. 50. in pr. & §. 1. ff. de iudic.

3 Nisi illic ubi convenitur domicilium habeat. d. l. si fidecōmissum. §. ult. ff. de iudic.

4 Vel ibi soluere ceperit. d. l. si fideicommissum. §. ult. ff. de iudic.

5 Vel consenserit. l. quamvis. 51. ff. de iudic.

6 Vel actionem fideicommissi exceperit hac exceptione omissa. l. sed & si 52. in pr. ff. de iudic.

7 Vel nisi contraria mens testatoris appareat. d. l. sed & si §. si liberis. 1. & §. sed & si 2. ff. de iudic.

8 Vel nisi res sit ubi petitur. d. l. sed & si §. si ea res. 3. ff. de iud.

9 Vel nisi cum non agitur de fideicommissi præstatione, sed eo nomine satisdatio petitur. d. l. sed & si §. ult. ff. de iudic.

10 Denique res ibi præstanda est, ubi est tempore mortis testatoris, nisi alibi voluit testator, vel verisimile sit voluisse, nisive aliò sine dolo ab herede translata sit. l. cum res 47. in pr. ff. de legat. 1. l. quod legatur. 38. ff. de iudic.

11 In genere species ibi præstatur ubi relicta est, id est, ubi erat tempore mortis testatoris, quantitas vero ubi petitur. d. l. cum res. §. 1. ff. de legat. 1. l. quod legatur. 38. ff. de iudic.

12 Sed & heres conveniri potest ubi est major pars hereditatis, & ubi domicilium habet. l. l. qui ita. 66. §. ult. ff. ad Trebell. l. 1. 2. ff. de reb. auth. iud. poss.

13. Item in loco contractus & administrationis potest quilibet conveniri licet ibi domicilium non habeat. l. aut ubi 3. ff. de reb. auth. iud. poss. l. neque. §. ult. ff. de procu. l. heres. §. si quis. 1. & §. proinde. 2. cum sequent. l. argentarium. 45. ff. de

iudic. l. interdum. 36. §. ult. ff. eod. l. 1. C. ubi de ratiocin. l. ult eod.

14 Et in loco delicti nov. 69. Guido Pap. q. 202.

15 Dos tamen exigi debet ubi maritus domicilium habuit, non ubi instrumentum dotale conscriptum est. l. exigere. 65. ff. de iudic.

16 Actor recovveniri potest coram eodem iudice sine ulla fori præscriptione. l. cum Papinianus. 14. C. de sentent. & interloc.

17 Quinimo reconventio fieri debet coram eodem iudice, nec reo actorem apud alium iudicem licet protrahere. Nov. 96. cap. 2. Nov. 123. c. 25. l. qui non cogitur. 22. ff. de iudic.

18. Ad hæc author emptoris iudicem sequitur. l. venditor. 49. de iudic. l. 1. C. ubi in rem actio.

19 Semper tamen citatio fieri debet in persona, vel domicilio franc. 1. 1539. art. 9.

20 Nisi cum citandus habitat extra regnum.

21 Præscriptiones fori in initio litis opponendæ sunt. l. ult. C. de except. l. ubi.

30. ff. de iudic. l. nemo. C. de iurisd.

22 In eum iudicium dari non debet qui solvere paratus est. l. si debitori. 21. ff. de iudic. l. ex iudicatum. 16. ff. iudic. sol. l. si reus. 73. procur.

23 Per minorem causam maiori præiudicium fieri non oportet. l. per minorem. 54. ff. de iudic. l. fundum. 16. l. fundi. 18. l. rei maioris. 21. ff. de except. l. si quis. 7. ff. de petit. her.

24 Nisi cum periculum est in mora. l. si bonæ. 49. ff. de petit. hered.

25 Item si possessor appellet pendente appellatione fructus sequestrandi sunt. cau. 2. q. 6. can. 26. c. pen. & vit. de sequest. poss.

26. Prius de possessione quæri debet, quam de proprietate & prius de vi quam de iure possessionis, vel proprietatis. l. qui cætu. 5. §. si de vi. 1. ff. ad leg. Jul. de vi publ. l. prius. 1. C. de appell. l. si quis. 7. C. ad leg. Iul. de vi publ.

27. Quæ sunt annua ad agendum sunt perpetua ad excipiendum. l. licet. 5. l. si pactum. 6. ff. de except.

28. Milites non debent litium executo-

xis assumi. l. in criminali. §. is vero. 1. C. de jurisd.

29. Neque iudex militaris cognoscere debet in aliarum personarum causa ; quam militum. l. 1. 2. C. de off. milit. iud.

30. Et vicissim miles cōveniri non debet, nisi coram iudice militari. l. magisteriæ. 6. C. de iurisd.

31. Qui certo loco promisit alibi quidem conveniri vel solvere potest, sed venit æstimatio quanti alterutivis interest.

32. Promisso potius loco solvi. l. un C. ubi conu. qui cer. lo. prom. l. 1. 2. l. is qui 9. ff. de eo quod cer. lo. l. continuus. 137. §. cum ita 2. & ibi glos. in verbo vel quia ubique ff. de verb. oblig.

33. Nam loco plus vel minus solvitur. §. plus autem. 34. inst. de act.

34. Huic stipulationi dies inest tacitè quo perveniri possit ad locum de quo convenit. l. arbitraria. 10. §. scævola. 2. ff. de eo quod cer. loco.

35. Et solutione adiecto facta alio loco quam promisso liberatio quidem sequitur ab ipsa summa, interesse tamen adhuc peti potest: licet si ipse creditor accepisset interesse amplius petere non posset. l. arbi-

traria. 2. ff. idem Julianus. 7. l. ult. ff. de eo quod cer. loco.

36. Quomodo autem facienda sit à iudice æstimatio interesse dicitur. d. l. arbitraria. §. ult. l. ideo 3. l. quod si 4. ff. de eo quod certo loco.

37. Ex eo quod loco plus vel minus solvitur fit ut usuræ, quæ in vrbe numerandæ sunt, alio loco dependi non debeant, nisi ex iusta causa. l. usuras. 8. C. de usur.

38. Hinc etiam fit ut ex consignatione, quæ in loco facta non est, in quo solutio fieri debebat, liberatio non sequatur. l. obsignatione. 9. C. de solut.

39. Ita ut etiam in compensatione ratio habeatur interesse propter solutionem in loco promisso non facta. l. pecuniam. 15. ff. de compensat.

40. Item si iudex vel arbiter alio loco quam quo compromissum vel dictum fuit, sententiam dixerit, ejusmodi sententia erit nulla. l. quid tamen. 21. §. si arbiter. 10. ff. de rece. arb. l. si ut proponis. 5. C. quom. & quan. iudex.

41. Locus enim designatus observari debet, nisi honestas adversetur. d. l. quid tamen. §. sed. si. 11. ff. de arb.

42. Quod si nihil de loco cautum sit, is locus comprehensus esse censebitur, in quo res acta est. d. l. quid tamen. §. si arbiter. 10. ℣. quid. ergo. ff. de arb.

43. Vel locus solitus. l. si. locus. 59. ff. de iudic.

44 Sententia contra mortuum lata est ipso iure nulla. l. in sententiis. 59. §. ult. ff. de re iudic. l. paulus. 2. ff. quæ sent. sine app. resc. l. de qua re. 74. §. ult. ff. de iudic.

45 Si tamen lis ita processerit, ut decidi possit: iudex sententiam proferre potetit, licet alteruter litigantium, vel procuratorum decesserit franc. 1. 1539. art. 90. Guido Papæ. q. 86.

46 Ad hæc sententia super re prius iudicata sive ab eodem sive ab alio iudice lata non valet. l. 1. C. quan. prov. non est necesse. l. post sententiam. 9. C. de sentent. & interloc.

47 Neque compromissum. C. 11. de arb.

48 Neque transactio. l. eleganter. 23. §. si post. 1. ff. de condict. indeb.

49 Sententia tamen post transactionem valet. d. l. eleganter. §. si quis. 3. ff. de cond. indeb.

50 Legibus

50 Legibus non exemplis judicandum est. l. nemo 13. C. de sent. & interl. l. ult. C. quib. res iud. non nocet. l. sed scilicet. 12. ff. de off. præs.

51 Ita demum sine certa quantitate facta condemnatio authoritate rei iudicatæ censenda est, si aliqua parte actorum certa sit quantitas comprehesa. l. hæc sententia. 3. C. de sent. quæ sine certa quant. l. ult. eod. l. ait. prætor. 5. l. in sententiis 59. in pr. & §. 1. 2. ff. de re iudic.

52. Sententia definitiva retractari non potest. l. 1. C. sent. resc. non posse.

53. Interlocutoria potest. l. quod iussit. 14. ff. de re judic.

54. Et libellum ante sententiam mutare licet. non. a. postea. l. in delictis. §. ult. ff. de noxal. act. l. ult. C. de errore advoc.

55. Iccirco exceptio peremtoria opponi quidem potest ante sententiam, non postea, nisi ope restitutionis in integrũ favore minoris citatis l. peremptorias. 2. C. sent. resc.

56 Et res iudicatæ sub prætextu erroris calculi, el novorum instrumentorum postea repertorum revocari non debent. l. res iudicatæ. 2. l. sub specie. 4. C. de re iudic.

57. Nisi petatur, quod iam habetur. l. 1. C. de re iud. l. si. quis 51. §. ult. ff. de re iudic.

C

58. Id tamen in negotio publico ex causa permittitur, l. Imperatores. 35. ff. de re judic.

59. Aliis bonis existentibus executio fieri non debet in publicis stipendiis. l. stipendia. 4. C. de execut. rei iudic.

60. Neque in debitorum nominibus & immobilibus. l. à divo Pio. 15. §. sic. quoque cum sequent. Et §. in venditione. 2. ff. de re iudic. l. etiam. 5. C. de execut. rei Iudic. l. si in causa. 2. C. quan. fisc. vel. priu. l. non prius. 4. C. eod. l. heredem. 3. C. de her. action. l. non intelligitur. 3. §. multa 8. ff. de iure fisci.

61. Imo potest in immobilibus necnon in debitorum nominibus censibus iuribus & actionibus prout executionem facienti libuerit franc. 1. 1539. art. 74. 75. Guido Pap. q. 281.

62. Nisi cum executio fit contra minorem Guenes. tit. de instrum num. 16.

63. Et pluribus in unam summam condemnatis, si non singuli in solidum condemnati sunt, pro virili tantum ex causa judicati conveniri possunt toto tit. C. si plures una sentent. l. si mandato. 59. §. paulus. 3. ff. mand. l. paulus. 43. ff. de re iudic. l. si qui 10. §. quoties, ff. de appellat.

64. Executor sententiæ de proprietate pignoris congnoscit, quæ in controversiam deducta est ante adductum pignus. l. à divo Pio. 15. §. si rerum. 4. ff. de re iudic.

65. Nam post addictum pignus executoris cessat cognitio. d. l. à divo Pio. §. si post 6. ff. de re iudic.

66. Nisi se interponat ut iterum res addicta distrahatur. d. l. à divo Pio. §. sed si emptor. 7. ff. de re judic.

67. Quod si factis subhastationibus emptor non inveniatur, pignora possunt creditori in solidum dari. d. l. à divo Pio. §. si pignora. 3. ff. de re judic. l. ordo 3. C. de exec. rei iudic.

68. Et sic data pro toto debito data censentur. d. l. à divo Pio. §. si pignora. ff. de re iudic.

69. Sententia lata ei qui neque mandavit, neque ratum habuit nocere, vel etiam prodesse non potest, toto tit. C. quib. res judic. non nocet. l. si præcedente. 58. §. ult. ff. mand.

70. Nec si adversus coheredem lata sit. l. 2. C. quib. res iud. non noc. l. si petitor. 31. ff. de iudic.

71. Nec in simili negotio. l. ult. C. quib.

res iud. non nocet. l. Pro. portione. 2. C. de except. l. de nuntiasse. 17. §. quæritur. 6. ff. de adult. l. adulter. 19. §. ult. eod.

72 Et licet scientia litis intervenerit. l. sæpe. 63. ff. de re iudic.

73 Quin etiam agenti hereditario nomine non obest sententia, qua prius proprio nomine fuerat condemnatus. l. Modestinus. ff. de except.

74 Et sententia adversus authorem emptori nocet non è contra l. si à te 9. §. ult. l. item. 10. l. si mater. 11. §. item. 3. §. si egero. 9. ff. de except. rei iudic. l. exceptio. 28. ff. eodem.

75 Et è converso sententia pro uno heredum cæteris non prodest. l. si cum uno. 22. ff. de except. rei iud.

76 Nisi cum res est individua, l. iudicatæ. 29. in pr. ff. de re iudic.

77 Ad hæc sententia tertij creditoris contra primum, secundo non prodest contra primum, nec etiam tertio contra secundum. l. Claudius. 16. ff. qui pot. in pign.

78 Sententia contra accusatorem non afficit testes. l. Lucius. 21. ff. de his qui not. infam.

79 Nec ideo puniuntur Guido Pap. q. 500. num. 2.

80 Et hæc locum habent licet ſcientia litis intervenerit. l. pen. ff. de re iud.

81 Niſi cum quis de ea re cuius actio primum ſibi competit ſequenti agere patitur. d. l. pen. ff. de re iudic.

82 Vel eum à quo ius vel cauſam habet. d. l. pen. ff. de re iudic. & c. pen. de ſent. & re indic.

83 Sed & ſententia qua nullum vel irritum pronuntiatum eſt teſtamentum, heredi nocet: licet eo agente lata ſit qui ad ſucceſſionem ab inteſtato non admittitur. l. poſthumus. 6. §. ſi quis. 1. ff. de inoff. teſtam.

84 Alioqui cum vertitur in iudicio præiudicium tertij is vocari debet: quod ſi factum non ſit, ſecuta ſententia ei non nocet. l. de unoquoque. 47. in pr. ff. de re iudic. l. ſi ſuſpecta. 29. in pr. l. qui repudiantis. 17. §. ult. iuncta. l. ſeq. ff. de inoff. teſtam. l. ſi perluſorio. 14. l. ſervi. 15. ff. de appellat. Novella. 112. c. 1. ỽ. & hoc autem.

85 Species quædam quibus ſententia inter alios reddita alijs prodeſt.

I. Sententia pro herede lata, eius coheredi sub conditione, prodest: si postea conditio extiterit. l. si heres. 7. ff. fam. erc.

86 II. Si unus dominorum noxali iudicio expertus obtinuerit, eius victoria altери domino communicabitur. l. si in re 19 in pr. de noxal. act.

87 Denique sententia quondam lata. contra habitatores alicuius castri vel loci nocet modernis habitatoribus, licet eorum heredes non sint, vel bonorum successores Gnido Pap. q. 279.

88 Atque adeo in populari actione sententia cum uno lata reliquis nocet, & prodest. l. eum qui 30. §. in popularibus. 8. ff. de iureiur. Guido Pap. q. 449.

89 Vt autem nec prodest, nec nocet sentētia inter alios lata: sic nec res inter alios acta, alijs prodest, vel nocet. itaque ob solutionem ab imo heredum factam. heredes cæteri solvere quoque non tenentur, nisi debitum probatum fuerit. l. 2. C. inter alios act. vel iud.

90 Et divisio absentis iuri non derogat. l. 2. inf. c. inter al. act.

91 Et pactum vel actio unius heredum

alterius actionem extinguere non potest. l. ult. c. inter. al. act.

92 Et transactio heredis non nocet legatariis. l. Imperatores. 3. in pr. ff. de transact.

93 Nec opinati heredis, vero heredi. d. l. Imperatores. §. ult. ff. de transact. l. si tibi 17. §. cum possessor. 6. ff. de pact.

94 Et iusiurandum non nocet, nisi ei qui detulit & successori eius. l. nam 9. §. ult. iuncta. l. sequenti. ff. de iureiur. vide inf. de iuram. num. 13.

95 Sed & divisio inter alios facta, alterius ius non mutat. l. is qui 31. ff. de usu & usuf. leg. l. 6. §. 8. ff. comm. divid. l. si consensit. 7. §. ult. ff. quib. mod. pign. sol. Pindarus Olymp. 7. ṽ. 100.

66 *Si* nolit absens ei stare: At vero si stare velit rei inter alios gestæ: tunc si res cum opinato herede gesta est, firma manente re gesta, verus heres succedet in locum opinati heredis. l. si Titius. 62. ff. pro soc. l. si post. 22. ff. de constit. pec.

97 Quæstionem, seu litem sententia finitam, in iudicium iterum adducere inter easdem personas non licet: neque bis de eadem re agere, licet sit diversa actio. l. de

eadem. 5. l. singulis. 6. l. cum quæritur cum seq. ff. de except. rei iudic. Terent. in Phorm. ṽ. 370.

98 Vt est cum singulis rebus petitis hereditas petitur vel contra. l. Iulianus. 3. ff. de except. rei iud.

99 Cum toto petito deinde pars petitur. l. si quis. 7. ff. de except. rei iud.

100 Excipe I. cum insula, vel domo petita, cæmenta & tigna petuntur. d. l. si quis §. sed in cæmentis. 2. ff. de except. rei iudic.

101 II. Cum re petita fructus eius deinde petitur. d. l. si quis. §. de fructibus. 3. ff. de except. rei iud.

102 III. Cum usufructu petito, deinde pars accrescens petitur: quia ususf. non portioni; sed personæ accrescit. l. & an 14. §. qui cum partem. 1. ff. de except. rei iudic.

103 IV. Vnius obligationis petitione, alterius petitio non impeditur. l. & an 14. §. actiones. 2. ff. de except. rei iud.

104 V. Qui in rem egit, actione personali agere non prohibetur: vel è contra. ult. l. si is 25. §. ultim. ff. de except. rei iudic.

105 VI. Qui de peculio egit, quod iussu postea agere poterit, si deceptus de peculio actionem prius instituerat. l. sed si 4. §. ult. ff. quod cum eo qui in al.

106 Denique sua exceptione addicatus; iterum agere poterit, si non plenè cognitum sit, atque ita compensatione reprobata, salva tamen manet debiti petitio; si non post examinationem reprobata sit compensatio, quasi non existente debito. l. quod in diem. 7. §. ult. ff. de compens. l. si autem. 8. §. si quocunque. 2. ff. de neg. gest. l. 1. §. praeterea. 4. ff. de cont. tut.

107. Et si posterior creditor pignoratitia agens aduersus priorem creditorem; eundemque possessorem, obtinuerit prior creditor agere nihilominus poterit, si de eius pignore priore iudicio quaesitum non fuerit. l. ex sextante pen. §. ult. ff. de except. rei iudic. facit. l. suspecta 29. in pr. l. qui repudiantis. 17. §. ult. iuncta l. seq. ff. de inoff. testam. si perlusorio 14. l. servi. 15. ff. de appell.

Sic ab eo qui prius hereditatis petitione conventus, absolutus fuit ideo tantum quia non possidebat, peti nihilominus heredi-

tas poterit, si postea ceperit possidere. l. si à te 9. in pr. ff. de except. rei iudic.

108. Sic & emptor exceptione summotus adversus venditorem vindicantem, opposita: nihilominus ex stipulatione duplæ, vel ex empto actione experiri poterit. l. vindicantem. 17, iuncta l. sed. & si 18. & l. seq. in pr. ff. de evinction.

109. Et qui minorem petiit summam, secuta condemnatione vel solutione, poterit nihilominus agere ad residuum Guido Pap. q. 177.

110. Nisi actio fuerit instituta pro residuo totius debiti Guido Pap. d. q. 177.

111. Destituto exceptione debet subveniri officio iudicis si æquum fuerit usum Guido Pap. q. 292.

112 Realis actio competit contra quemlibet possessorem: personalis vero debitoris non sequitur debitorem.

113 Quam ob rem dominus contra depositarium actione depositi agere potest: non autem contra eum qui pecuniam depositam mutuo accepit à depositrrio. l. si is. 8. C. depositi. l. desiderium. 7. c. eod.

114 Nec creditor contra eum agere cui

debitor pecuniam suam mutuo dedit. l. non adversus. 15. c. si cert. pet.

115 Nec mulier dotis actionem instituere contra mariti debitores. l. heredem. 3. c. de hered. act.

116 Nisi cessio actionis, vel delegatio, vel constitutum intervenerit. l. si solvere. 7. c. de novat. l. ult. ff. de in diem addict.

117 Quin etiam actio personalis non sequitur fundum, seu fundi possessorem, nisi in annua pensione pro anniversarijs defunctorum, pro decimis, pro oblationibus, pro tributo principis, denique pro censu, & pensione annua fundo imposita Guido. Pap. quæst. 576. & q. 42. & q. 9. adde & q. 432. num. 17.

118 In iure interrogatus tempus ad deliberandum impetrare debet. l. 5. 6. ff. de interr. act.

119 Qui ante egit quam actio competeret, nihilominus obtinere debebit, si tempore quo iudicatur illa actio competere ceperit l. si mandavero. 17. ff. mand. l. 27. §. 1. ff. de rei iud. l. 7. §. 4. l. 8. ff. ad exhib. l. quæsitum est. 30. in pr. ff. de Pecul. l. quod si. 16. ff. de petit. heredit.

120 Cum requiritur causæ cognitio so-

lemnitatesve certæ à iure præstitutæ, si eæ obmissæ fuerint, quod actum est totum euertitur. l. cum hi 8. §. si prætor. 17. de transf. l. nequicquam. 9. §. ubi decretum. 1. ff. de off. proc. l. ubicunque. 105. ff. de reg. iur. l. excusare. 25. ff. de excus. tut. l. 1. 2. c. de præd. decur.

121 Quia eæ sunt animæ actus sine quibus subsistere nequit nec consensus, vel approbatio partium proderit, ad hoc ut validus reddatur actus: quia esset iuri contraria. l. nec ex prætorio. 27. ff. de reg. iur. l. testādi 13. c. de testam. l. ius. 38. ff. de pact. l. 1. §. si inter. 9. ff. de mag. conven. c. 21. de iureiur.

122 Sic & substantialia iudicij consensu partium non possunt remitti Guido Pap. q. 216.

123. In curiis inferioribus, in supremis vero possunt: quin etiam proceditur in eis lite non contestata, & aliis iuris solemnitatibus non servatis, sola facti veritate inspecta etiam præter consensum partium Guid. Pap. d. q. 216. & q. 29. & 58. & 120.

124 Nonnumquam tamen ei qui solemnitatem quandam omisit subvenitur ubi

evidens æquitas, id postulat. l. divus. 7. ff. de in integ. restit.

125 Atqui cum semel de causa cognitum est retractatio non admittitur. §. semel autem 7. inst. quib. ex cau. manum. l. iusta. 9. §. sciendum est. ff. de manum. vind. l. cum vero. 26. §. subventum. 7. ff. de fideic. lib.

126 Nisi obreptum sit d. l. cum vero. §. hoc senatusconsultuct. 8. ff. de fideic. lib.

127 Denique actus non valet celebratus non inspectis, cognitisque instrumentis super quibus controversia vertitur. l. de his. ff. de trans. l. 1. quem. test. aper. l. si mater. 11. in pr. ff. de except. rei iud.

De Appellationibus.

1. DEcem dies à lata sententia ad appellandum conceduntur, cum præsens fuit condemnatus vel procurator eius Nov. 23. c. 1.

2. Interdum tamen, qui per procuratorem litigavit à principe restituitur, ut possit post decem dies, & à tempore notitiæ

vel relevatum non fuit. l. ult C. de his qui per met iud.

11. Vel vim maiorem, caſumve fortuitum. l. præſes. 5. C. de appell. vide Guid. Pap. q. 64.

12. Ad hæc appellationis proſecutio differtur per compromiſſum, vel alias de expreſſo partium conſenſu Clem. 4. de appellat. Guido Papæ q. 240. num. 2. & 436. num. 109.

13. Nam & ex eiſdem cauſis excuſatur vadimonium deſerens. l. 1. 3. 4. ff. ſi. quis caut.

14. Non tamen decem dierum tempus intra quod eſt appellandum, iccirço prorogatur Guido Pap. q. 115.

15. Denique etiam datur reſtitutio ſi aliqua ſubſit legitima impedimenti cauſa Guido Pap. q. 205.

16. De qua re ſtatur iuramento appellantis Guido Papæ d. q. 205.

17. In preiudicium appellationis etiamſi reiicienda ſit, nihil debet innovari. l. appellatione. 3. C. de appell. l. unica ff. nihil inn. app. interp. l. ſi ut proponis. 3. C. quan. provoc.

18 Alioquin ſi ſententia ſit definitiva;

attentata ante omnia debent revocari, sive inhibitum fuerit, sive non: etiam ea quæ medio tempore inter sententiam, & appellationem ante decem dierum lapsum fuerunt innovata. c. 7. de appell. in 6.

19 Si vero sententia sit interlocutoria, tunc attentata non reuocantur quo usque appellationis causam veram esse constiterit, nisi post inhibitionem fuerit innovatum. d. c. 7. de appel. in 6.

20 Quia iudex in interlocutoria potest procedere donec ei fuerit inhibitum Guid. Papæ q. 74.

21 In definitiva verò non potest nisi lapsis decem diebus Guido Pap. d. q. 74.

12. Substitutio fieri potest ad certum tempus ætatis, quo finito finitur & substitutio. l. si ita. 21. l. qui plures. 38. in pr. & §. 1. ff. de vulg.

13. Et tunc maxime cum sequenti tempore alia persona substituitur: nam suum cuique tempus servandum est. d. l. qui plures. 38. §. itaque. 2. ff. de vulg.

14. Heredes ex disparibus partibus instituti, & invicem substituti, ad substitutionem vocantur, non in virilem, sed pro hereditaria portione. l. 1. C. de impub. subst.

15. Idem est si plures uni substituantur. l. 5. 41. §. 1. ff. de vulg. §. substituitur. 7. instit. de pupill.

16. quod si his alia adiecta sit persona,

ea virilem feret. l. qui complures. 32. ff. de vulg.

17. Subſtitutio vulgaris pupillo facto, continet pupillarem, niſi mater fuerit in medio, vel de contraria mente teſtatoris appareat. l. 4. in pr. ff. de vulg. l. precibus. 8. C. de impub. ſubſt. l. ult. C. de inſtitut. & ſubſtitut.

18. Item ſubſtitutio inter impares perſonas invicem facta, vel imparibus ſimul perſonis, non continet pupillarem in perſona impuberis l. 4. §. ult. ff. de vulg. l. quamvis 4. C. de impub. ſubſtit.

19. Ad iſtar pupilli furioſo filio, muto, vel mente capto pater, quin etiam mater ſubſtituere poteſt, ſed eiuſdem furioſi deſcendens ſi quos habeat, vel fratres unus aut plures prout libuerit, ſubſtituendi ſunt l. humanitatis. 9. C. de impub. ſubſt. l. 43. ff. de vulg. & pup.

20. Quæ ſubſtitutio expirat impedimento ceſſante, vel liberis poſtea ſuſceptis. l. 43. in pr. ff. de vulg. l. heredibus. 77. §. ult. ff. ad Trebell.

21. Si impubes patris hereditatem adierit, eius ſubſtitutus hereditates patris, & filij, quæ per eum actum iunctæ eſſe

coperunt, separare non poterit: quod si substitutus impuberi. fuerit & in primis tabulis heres institutus, si quidem universaliter, nec habeat substitutum: tunc repudiatis primis tabulis, ex secundis succedere non poterit: quia non valet filij testamentum, nisi patris fuerit adita hereditas secundæ enim tabulæ à primis vires accipiunt. Si vero pro parte tantum fuerit heres institutus, poterit repudiatis primis tabulis ex secundis succedere, si coheres patris hereditatem adierit. l. 10. §. 2.3.4. l. patris. 20. ff. de vulg. & pup.

22 Nisi sit de liberis: nam sive adita sit, sive non sit hereditas, attamen ex secundis tabulis succedet, hereditatesque poterit separare. l. 12. ff. de vulg. l. filius 41. ff. de acq. her.

23 Quod si pupillus hereditate paterna se abstinuerit, tunc separatæ sunt hereditates, & separatim possunt adiri: & tunc nec filius, nec eius heres conveniri poterunt à creditoribus patris. l. quæsitum. 40 l. Iulianus. 42. in pr. ff. de acq. hered. l. pater familias. 28. ff. de reb. auth. iud. poss.

24 Heres vero in utrisque tabulis insti-

tutus, si ex primis adierit, ex secundis necessario heres erit. l. qui patri. 59. ff. de acq. her.

25 Sed & in venditione hereditatis, ius substitutionis pupillaris venditori competens non comprehenditur, nec etiam etiam iam delata impuberis hereditas, nisi hoc actum sit: quia alia hereditas est. l. venditor. 2. §. illud. 2. ff. de her. vel. act. ven.

26 Aliquando ex præsumpta voluntate defuncti coniunctus præfertur substituto. l. quidam. 30. ff. de vulg.

27 Conditio adiecta in institutione non censetur in substitutione repetita. l. sub. conditione. 73. ff. de her. instit.

28. Atqui in legato repetita censetur. l. cum servus. 18. ff. de condit. instit. l. duos 70. l. avia. 77. in pr. ff. de condit. & dem. l. ult. §. ult. ff. de doli & met. except.

29. Nisi conditio institutioni post legatum seu fideicommis. relictum apposita fuerit: etenim non retrotrahitur conditio. l. filiumf. 27. in pr. ff. quan. dies leg. cedit.

30. Quin etiam conditio in legato seu fideicomisso posita, censetur in substitutio-

ne repetita. l. 83. de legat. 2.

31. Et conditio in priore legato posita, censetur in sequenti eidem facto repetita. l. libertis. 108. ff. de condit. & dem.

32. Et nomen masculi in institutione, vel prima substitutione positum, censetur deinceps in cæteris repetitum Guido Papæ q. 485.

33. Sed & à substituto repetita censentur, quæ ab instituto fuerunt relicta, nisi constet de contraria testatoris voluntate, l. licet 74. ff. de leg. 1. l. 82. ff. de leg. 2.

34. Et purè repetita, nisi & hic de contraria voluntate appareat. l. 32. in pr. l. 52. §. ult. l. 113. §. 4. ff. de leg. 2. l. 77. §. 15. de leg. 2.

35. Quod si à substituto duobus relinquatur, quod uni ab instituto fuerat relictum: quisque partem feret l. quid ergo 53. §. sed si 2. ff. de leg. 1.

36. Nec ex repetitione geminatio legati inducitur ut bis debeatur. l. servo 113. §. sed si 3. ff. de leg. 1.

37. Nisi appareat testatorem voluisse utraque legata prestari. d. l. servo 113. §. si quis 2. ff. de leg. 3.

38. Substitutiones ultra quatuor gradus

post institutionem nullius sunt momenti Carol. 9. 1560. artic. 59. & 1566. artic. 57.

39. quod intelligendum est de substitutionibus fideicommissariis, non de directis, quæ in infinitum fieri possunt Guenes. in constit. regias tit. de substit. p. 129. num. 1. in fine.

40. Quæ quidem substitutiones insinuari debent intra.

41. Sex menses Guenes. in constitut. reg. tit. de substit. p. 129. num. 1.

42. Defectus tamen insinuationis substituto non nocet, per quem non stetit quominus insinuaretur Guen. ibidem num. 3.

De Aditione, vel repudiat. heredit.

ADITIO hereditatis potest fieri intra. 30. annos Guido Pap. q. 332.

2. Nisi sit tempus à judice ad instantiam substituti, vel aliorum quorum interest præfixum adeundi : quoniam tunc lapso tempore non esset amplius permissa adeundi facultas Guido Papæ. q. 332.

3. Gerit autem pro herede, qui aliquid

institutio nulla est, si nullæ fuerint adscriptæ. l. circa eos. 2. l. hoc articulo 29. l. si quis 36. l. Clemens 81. §. ult. ff. de her. instit.

13 Quod si personas se designaturum testator dixerit si nullas designaverit actus nullus est. l. qui plures. 18. ff. de usu. & usufr. leg.

14. Et quoties non apparet quis heres sit institutus, institutio non valet. l. in tempus. 62. §. ult. ff. de hered. instit.

15 Certarum rerum institutio valet, perindeque est atque si sine partibus facta esset, resque per præceptionem legando à testatore fuissent distributæ: nam sic instituti, sunt heredes ex æquis partibus, & onera hereditaria æqualiter sustinebunt, licet in eo quod relictum est sit inæqualitas: atque adeo ex his institutionibus perinde atque ex legatis falcidia deducetur. l. si certarum. 17. in pr. & §. 1. ff. de testam. mil. l. 33. ff. fam. erc. l. ex facto. 35. ff. de her. instit. l. qui non 78. in pr. ff. eod.

16 Nisi testator fuerit miles, & alium castrensium, alium reliquarum rerum scripserit heredem: nam tunc tanquam divisis patrimonijs, quisque suarum rerum, in

quibus fuit heres institutus onera substinebit, non aliarum: nisi hæ oneribus non sufficiant, & ob id alter non adierit, vel sit non solvendo. d. l. si certarum. §. 1. ff. de testam. mil.

17. Itaque inter eiusmodi heredes non est locus familiæ erciscundæ iudicio. l. 25. §. 1. ff. familiæ ercisc.

18 Neque compensationi ab uno cui debetur pro altero qui debet. l. cum militi. 16. in pr. ff. de compens.

19 Sicque institutus si fuerit fideicommisso gravatus, cogi poterit adire hereditatem & restituere: nam privilegio militari hæc institutio ipso iure vi, & potestate institutionis subsistit, quod non est in pagano. & alio quam milite. l. cogi poterit. 16. §. sed & si 6. ff. ad Trebell.

20 Institui vero ex certo tempore, vel ad certum tempus heres non potest: sed tunc institutio quidem non vitiatur, sed temporis adiectio habetur pro non posita. §. heres. 9. instit. de her. instit. l. hereditas. 34. ff. eod.

21 A pagano, à milite vero sic potest institutio fieri. l. in fraudem. 15. §. miles. 4. l. quærebatur. 19. §. ult. l. miles. 41. in

pr. ff. de testam. mil. l. certi. 8. C. eod.

22 Sed & à pagano sic facta : instituò uxorem quandiu viuet, & post eius obitum sempronium. valebit ut substitutio Guido Pap. q. 308.

23 Institutio blandienti facta non vitiatur. l. virum ult. ff. si quis aliq. test. proh. l. ult. C. eod. l. captatorias. 70. ff. de hered. instit.

De Substitutionibus.

1. SVbstitutio liberis tam legitimis quam naturalibus, nulla habita mentione liberorum facta, ut post mortem suam restituant, intelligitur si sine legitima prole decesserint l. cum avus 102. ff. de condi. & demost. l. 30. C. de fideic. l. generaliter 6. §. cum autem C. de instit. & substit.

2. In his verbis Titius, & Seius uterve eorum vivet, heres esto, inest tacita substitutio l. Titius 24. iuncta l. quia 25. & l. idque 26. ff. de her. instit.

3. Verba si heres non erit intelliguntur. scilicet ex testamento : & ideo substitutio vulgaris causam intestati excludit l. heres.

3. C. de impub. subscit. l. filium 60. ff. de acq. her.

4. Similiter hæc verba, quisquis mihi heres erit, idem filio impuberi heres esto, spectant ad scriptos heredes, non alios; & vim conditionis habent. l. 3. 8. l. ex duobus. 34. §. filium. 1. ff. de vulg. & pup.

5. Que est adimpleta aditione hereditatis, nec obest quod postea amissa fuerit hereditas l. 43. §. ult. ff. de vulg. & pup.

6. Sicque substituti vocantur pro portionibus hereditariis tantum, nec prædefunctorum pats accrescit superstitibus sed fit caduca. l. 10. in pr. ff. de vulg. & pup.

7. Nisi dictum sit, vel uni eorum: nam tunc substitutio facta videtur. l. heredes mei. 57. §. Peto. ult. ff. ad Trebell.

8. Imo accrescit superstiti ex coniuctis Guido Pap. q. 335.

9. Si vero non simul, sed successivè, & per gradus vocati sint: tunc ultimo loco vocatus, censetur ei cui facta est substitutio mediis deficientibus substitutus, & ad eum pertinebit portio tam instituti, quam substituti, cui fuit deinde substitutus. l. si Titius. 27. l. 41. in pr. ff. de ulg. §. sed si. 3. Institut. de vulg.

10. Quod obtinet tam in directa, quam in fideicomissaria substitutione Guido Pap. q. 550.

11. Item substitutus duobus heredibus invicem substitutis, licet conditio in prius decedentis heredis persona defecerit, tamen censetur vocatus in portionem vltimi, in cujus persona conditio extitit. l. hæredes mei 57. §. cum ita. 1. ff. ad Trebell.

12. Substitutio fieri potest ad certum tempus ætatis, quo finito finitur & substitutio. l. si ita. 21. l. qui plures. 38. in pr. & §. 1. ff. de vulg.

13. Et tunc maxime cum sequenti tempore alia persona substituitur: nam suum cuique tempus servandum est. d. l. qui plures. 38. §. itaque. 2. ff. de vulg.

14. Heredes ex disparibus partibus instituti, & invicem substituti, ad substitutionem vocantur, non in virilem, sed pro hereditaria portione. l. 1. C. de impub. subst.

15. Idem est si plures uni substituantur. l. 5. 41. §. 1. ff. de vulg. §. substituitur. 7. instit. de pupill.

16. quod si his alia adiecta sit persona,

ea virilem feret. l. qui complures. 32. ff. de vulg.

17. Subſtitutio vulgaris pupillo facto, continet pupillarem, niſi mater fuerit in medio, vel de contraria mente teſtatoris appareat. l. 4. in pr. ff. de vulg. l. precibus. 8. C. de impub. ſubſt. l. ult. C. de inſtitut. & ſubſtitut.

18. Item ſubſtitutio inter impares perſonas invicem facta, vel imparibus ſimul perſonis, non continet pupillarem in perſona impuberis l. 4. §. ult. ff. de vulg. l. quamvis 4. C. de impub. ſubſtit.

19. Ad iſtar pupilli furioſo filio, muto, vel mente capto pater, quin etiam mater ſubſtituere poteſt, ſed eiuſdem furioſi deſcendens ſi quos habeat, vel fratres unus aut plures prout libuerit, ſubſtituendi ſunt l. humanitatis. 9. C. de impub. ſubſt. l. 43. ff. de vulg. & pup.

20. Quæ ſubſtitutio expirat impedimento ceſſante, vel liberis poſtea ſuſceptis. l. 43. in pr. ff. de vulg. l. heredibus. 77. §. ult. ff. ad Trebell.

21. Si impubes patris hereditatem adierit, eius ſubſtitutus hereditates patris, & filij, quæ per eum actum iunctæ eſſe

coperunt, separare non poterit: quod si substitutus impuberi, fuerit & in primis tabulis heres institutus, si quidem universaliter, nec habeat substitutum: tunc repudiatis primis tabulis, ex secundis succedere non poterit: quia non valet filij testamentum, nisi patris fuerit adita hereditas secundæ enim tabulæ à primis vires accipiunt. Si vero pro parte tantum fuerit heres institutus, poterit repudiatis primis tabulis ex secundis succedere, si coheres patris hereditatem adierit. l. 10. §. 2.3.4. l. patris. 20. ff. de vulg. & pup.

22 Nisi sit de liberis: nam sive adita sit, sive non sit hereditas, attamen ex secundis tabulis succedet, hereditatesque poterit separare. l. 12. ff. de vulg. l. filius 41. ff. de acq. her.

23 Quod si pupillus hereditate paterna se abstinuerit, tunc separatæ sunt hereditates, & separatim possunt adiri: & tunc nec filius, nec eius heres conveniri poterunt à creditoribus patris. l. quæsitum. 40. l. Iulianus. 42. in pr. ff. de acq. hered. l. pater familias. 28. ff. de reb. auth. iud. poss.

24 Heres vero in utrisque tabulis insti-

tutus, si ex primis adierit, ex secundis necessario heres erit. l. qui patri. 59. ff. de acq. her.

25 Sed & in venditione hereditatis, ius substitutionis pupillaris venditori competens non comprehenditur, nec etiam etiam iam delata impuberis hereditas, nisi hoc actum sit: quia alia hereditas est. l. venditor. 2. §. illud. 2. ff. de her. vel. act. ven.

26 Aliquando ex præsumpta voluntate defuncti coniunctus præfertur substituto. l. quidam. 30. ff. de vulg.

27 Conditio adiecta in institutione non censetur in substitutione repetita. l. sub. conditione. 73. ff. de her. instit.

28. Atqui in legato repetita censetur. l. cum servus. 18. ff. de condit. instit. l. duos 70. l. avia. 77. in pr. ff. de condit. & dem. l. ult. §. ult. ff. de doli & met. except.

29. Nisi conditio institutioni post legatum seu fideicommis. relictum apposita fuerit: etenim non retrotrahitur conditio. l. filiumf. 27. in pr. ff. quan. dies leg. cedit.

30. Quin etiam conditio in legato seu fideicomisso posita, censetur in substitutio-

ne repetita. l. 83. de legat. 2.

31. Et conditio in priore legato posita, censetur in sequenti eidem facto repetita. l. libertis. 108. ff. de condit. & dem.

32. Et nomen masculi in institutione, vel prima substitutione positum, censetur deinceps in cæteris repetitum Guido Papæ q. 485.

33. Sed & à substituto repetita censentur, quæ ab instituto fuerunt relicta, nisi constet de contraria testatoris voluntate, l. licet 74. ff. de leg. 1. l. 82. ff. de leg. 2.

34. Et purè repetita, nisi & hic de contraria voluntate appareat. l. 32. in pr. l. 52. §. ult. l. 113. §. 4. ff. de leg. 2. l. 77. §. 15. de leg. 2.

35. Quod si à substituto duobus relinquatur, quod uni ab instituto fuerat relictum: quisque partem feret l. quid ergo 53. §. sed si 2. ff. de leg. 1.

36. Nec ex repetitione geminatio legati inducitur ut bis debeatur. l. servo 113. §. sed si 3. ff. de leg. 1.

37. Nisi appareat testatorem voluisse utraque legata prestari. d. l. servo 113. §. si quis 2. ff. de leg. 3.

38. Substitutiones ultra quatuor gradus

post institutionem nullius sunt momenti Carol. 9. 1560. artic. 59. & 1566. artic. 57.

39. quod intelligendum est de substitutionibus fideicommissariis, non de directis, quæ in infinitum fieri possunt Guenes. in constit. regias tit. de substit. p. 129. num. 1. in fine.

40. Quæ quidem substitutiones insinuari debent intra.

41. Sex menses Guenes. in constitut. reg. tit. de substit. p. 129. num. 1.

42. Defectus tamen insinuationis substituto non nocet, per quem non stetit quominus insinuaretur Guen. ibidem num. 3.

De Aditione, vel repudiat. heredit.

ADITIO hereditatis potest fieri intra. 30. annos Guido Pap. q. 332.

2. Nisi sit tempus à judice ad instantiam substituti, vel aliorum quorum interest præfixum adeundi: quoniam tunc lapso tempore non esset amplius permissa adeundi facultas Guido Papæ. q. 332.

3. Gerit autem pro herede, qui aliquid

facit quasi heres, quod non est tam facti quam animi animo heredis non fecit, qui pietatis, aut custodiæ causa, vel pro suo, quasi alio iure dominus fecit. l. pro herede 20. in pri. l. duo fratres 78. l. eum 87. ff. de adq.her. l. 1. 2. C. de repud. her. l. scriptus. 4. ff. de relig.

4. Cuius rei protestatio solet fieri. d. l. pro herede. 20. §. & ideo. 1. ff. de adq. her. l. & si §. plerique. 8. ff. de relig.

5. Vel iudex adiri, qui permittat ea gerere, quæ moram non patiuntur. l. Aristo. 5. §. ult. l. igitur 6. l. ait prætor 7. §. ult. ff. de iure del.

6. Animum vero heredis habere censetur, qui accipit quod citra nomen, & ius heredis accipere non poterat. d. l. pro herede 20. §. Papinianus. 4. in fine. ff. de adq. her.

7. Qui debitum paternum exsolvit. l. cum debitum. 2. C. de iure delib.

8. Qui negotium cœptum à testatore, perficit. l. Iulianus. 42. §. si in societatem. 1. ff. de adq. her.

9. Qui servum hereditarium manumisit. d. l. Julianus. §. si servum. 2. ff. de adq. hered.

10. Non vero qui proprium, licet de hoc

rogatus, nisi evidenter quasi heres manumiserit. d. l. Julianus. 42. §. ult. ff. de adq. her.

11. Sed & pro herede quidem non gessit, qui rem hereditariam, quam suam alio iure esse credebat, ignorans possedit l. eum 87. in pr. ff. de adq. her.

12. Sed è converso pro herede gessit, qui rem alienam tamquam hereditariam possedit. l. gerit. 88. ff. de adq. her.

13. Et in genere pro herede gessit, qui quovis modo re, vel verbo voluntatem suam de adeunda hereditate declaraverit. §. ult. instit. de hered. qual. & diff. l. filiofam. 4. C. de iure delib.

14 Vt puta qui de hereditate sibi relicta testatur. l. si avia. 6. c. de iure delib.

15 Qui in iure interrogatus respondit se esse heredem. l. 12. ff. de interr. act.

16 Et hoc quidem sive heres sit ex testamento, sive ab intestato, dummodo sciverit se esse heredem. l. pannonius. 86. §. ult. ff. de adq. her. §. ult. instit. de her. qual. & diff.

17 At vero non inducitur hereditatis aditio, neque lagati acquisitio, per solum conditionis implementum: sed tunc per-

inde est ac si institutio, vel legatum purè facta essent. l. is qui 13. ff. de cond. instit. l. si pupillus. 16. ff. eod. l. conditionibus. 5. ff. de cond. & dem.

18 Nisi expresse eo animo fuerit adimpleta conditio. l. Antistius. 62. in pr. ff. de adq. her.

19 Eodem modo collatio fratribus facta non inducit aditionem hereditatis. l. si filius. 13. ff. de condict. cav. data. l. praetor. 3. §. emancipatus. 5. ff. de coll. bon.

20 Neque usus rerum communium, nisi sic utatur ut dominus in solidum. l. duo fratres. 78. ff. de adq. her.

21 Potest pupillus pro herede tutore authore gerendo consequi successionem, sed ipsius actus & voluntas est necessaria l. pupillum. 49. ff. de adq. her. l. potuit. 5. C. de iur. delib.

22 Nisi sit suus heres: nam tunc heres est ipso iure, etiam ignorans, nec tutore vel aliquo actu opus est. §. sin autem. 3. instit. de her. quae ab Int. l. in suis. 11. ff. de liber. & posth.

23. Voluntas autem pupilli est necessaria si septimum annum excesserit, alioqui non

est

est necessaria, sed pater, vel tutor pro eo adire possunt. l. 18. C. de iur. del.

24 Post septennium vero ipse pupillus adire debet, cum patris, vel tutoris authoritate, vel iudicis si neque tutorem neque patrem habeat. de l. 18. §. 4. C. de iure delib.

25 Idem observatur cum pupillus hereditatem restituit. l. restituta. 37. §. pupillus. ff. ad Trebell.

26 Et cum ei restituitur hereditas. d. l. restituta. §. ult. iuncta. l. non enim. 38. & l. sed nec l. servo. 65. §. si pupillo. 3. ff. ad Trebell.

27 Idem ius in furioso, quod in pupillo infante. l. sancimus. 7. in pr. C. ad Trebell.

28 Nam æquiparantur: nec stipulari, vel promittere possunt, l. 1. §. furiosum. 12. & §. huic proximus. 13. ff. de oblig. & act. l. mulier. 70. ff. de verb. oblig.

29 Nec ullum aliud negotium per se gerere. §. furiosus. 8. & §. pupillus. 9. instit. de inut. stip.

30. Eo excepto quod infantiæ proximus potest à tutore rem suam salvam fore sti-

pulari. §. sed quod diximus. 10. inst. de inut. stip.

31 Alioqui persona publica pro eo stipulari debet, aut alia persona iudicis sententia & iussu. l. si pupillus. 2. iuncta. l. aut. dare. 3. & l. non quasi. 4. in pr. & l. servum 6. ff. rem pup. vel adol. sal. fo.

32. Filij quoque furiosi possunt sine consensu patris hereditatem adire. l. cum heres 52. in pr. ff. de adq. her.

33. Ex pluribus partibus in hereditate eiusdem institutus non potest quasdã agnoscere, quasdam vero repudiare. l. qui totam. 1. l. sed & si 2. ff. de adq. her.

34. Neque pro parte hereditatem agnoscere, pro parte vero repudiare, quinimo unam agnoscendo, totam hereditatem agnovisse censetur l. si quis. 7. §. ult. l. si ex asse 10. ff. de adq. her.

35. Licet substitutum, vel coheredem habeat. l. si solus. 80. de adq. her.

36. Sed & qui ex primis tabulis heres fuit. secundas tabulas repudiare non potest l. 20. C. de jur. del.

37. Qui amovet aliquid de hereditate mala fide antequam abstineat, perdit bene-

ficium abstinendi. l. si servum 71. §. prætor ait. 3. cum seq. ff. de adq. her.

38. Non autem si amoverit postquam se abstinuerit, sed furti tenetur. d. l. si servum, §. ult. ff. de adq. her.

39. Non est autem necessaria expressa repudiatio coram iudice ad hoc ut quis non sit heres; sed sufficit quod se non immiscuerit. l. ei qui. 12. ff. de adq. her. l. 1. C. si nun. ab her. se abst.

40. Hereditatis aditio debitum non confudit nisi pro hereditaria portione. l. si ab eo. 7. C. de neg. gest. l. cum à matre. 14. C. de rei vind. l. 1. C. de hered. act. l. 6. eod. l. ult. C. de cont. iud. tut. l. licet. adieris. 14. C. ad leg. falc. l. debitori. 50. l. Granius. 71. ff. de fideiuss.

41. Si non animo compensandi institutio facta sit: tunc enim debitum in totum extinguitur. l. si compensandi. 6. C. de her. instit. l. 123. in pr. ff. de leg. 1.

42. Sed & dos non confunditur, sed præcipitur. l. 20. §. 1. 2. l. 46. l. 51. in pr. ff. fam. ere.

43. Actiones autem aditione confusæ, vendita. l. venditor. 2. §. illud quæsitum. 6. l. & apud Iulian. 12. §. cum quis 18. cum

ſeq. l. ſi hereditatem 20. l. pen. l. ult. ff. de hered. vel ac. vend. l. ſi creditor. 37. in pr. ff. de pecul. l. ſi is. 45. ff. de condict. ind.

44 Reſtituta. l. deducta. 58. in pr. l. debitor. 59. in pr. l. ſi heres. 73. ff. ad Trebell.

45. Vel evicta heredetate, reviviſcunt tam pro herede, quam contra heredem l. cum. 21. §. ult. ff. de inoff. teſtam.

46. Sed & ſi falcidia interveniat, quod debebat heres ei imputabitur, licet actio fuerit aditione confuſa l. 1. §. ſi debitor. 18. ff. ad leg. falc.

47. Et è converſo heres deducet quod ſibi debetur. l. in imponẽda 6. in pr. C. ad leg. falc.

48. Quinimo & res legata talis traditur legatario, qualis erat apud teſtatorem, ita ut ſalva maneat actio heredi, quam in re legata, vel ob eam habebat l. ſi ſervus. 70. ff. de leg. 1.

49. Nec non doli exceptio nocet legatario, ſi non patiatur ſervitutes aditione confuſas iterum imponi. l. ſi. heres 73. §. ult. ff. ad Treb. l. in omnibus 18. ff. de ſervit.

50. Nocet & ei qui emit hæreditatem. l. ſi ei 9. ff. comm. præd.

51. E contra aget legatarius contra heredem, ſi ſervitutem rei legatæ debitam adi-

tione confusam, restaurari non sinat. l. huiusmodi. 84. §. ædes. 4. ff. de leg. 1.

52. Eadem ratione consolidatione rescissa, restituitur ususf. l. quoties. 34. in pr. l. dominus 57. in pr. ff. de usuf.

53. Sed & servitutes dotalis fundi apud maritum confusæ, vel tandiu suppressæ, dote restituta redintegrantur. l. si maritus 7. ff. de fundo dot.

54. Non ita si ex causa emptionis particularis confusa fuerit servitus: nam tunc penitus evanescit. l. si quis. 30. in pr. ff. de serviu. urb. præd. l. 1. ff. quem servit. am.

55. Itaque si rursus venditio fiat debet sibi venditor nominatim recipere servitutem. d. l. si quis 30. in pr. ff. de servit. urban. præd. l. quicquid venditor 10. ff. comm. præd.

56. Sic quoque semel extincta obligatio non reviviscit. l. si pro parte. 10. §. idem quærit. 8. 9. ff. de in rem verso.

57. Denique actiones aditione confusæ heredi cui ut indigno hereditas adimitur, non restituuntur. l. indigno. 8. l. heredem. 17. l. eum qui 18. §. bonis. ff. de his quæ ut indig. l. eius qui 29. ult. ff. de iure fisci.

De Inventario deque Inventarij Beneficio.

1. INventarium intra triginta dies postquam heres novit delatam sibi hereditatem, incipi debet, & intra alios sexaginta dies compleri: præsentibus uno notario vel duobus, si hæres literas nesciat vel scribere non possit, uno scilicet qui pro eo specialiter subscribat, & præsentibus testibus heredem cognoscentibus. l. ult. §. 2. C. de iure delib.

2. Absenti vero annus est concessus à morte testatoris numerandus, intra quem inchoari & consummari debet inventarium. d. l. ult. §. 3. C. de iur. del.

3. Quo facto nihilhominus creditoribus, & legatariis concessũ est omissiones arguere, & legitimis modis approbare, heredesque convicti res amotas, vel mala fide subductas post aditionem hereditatis ab iis sub beneficio inventarij factam, in duplum restituere compelluntur. d. l. ult. §. 10. C. de jur. del. Nov. 1. c. 2.

4. Nam si ante, tunc eos inventarij bene-

ficio privandos esse censuerim: quemadmodum eadem de causa sui heredes privantur abstinendi beneficio. l. si servum. 71. §. prætor. ait. 3. cum. seq. ff. de adq. her.

5. Sed & ut adsint cum fit inventarium debent legatarij & fideic. vocari, in locumque absentium tres testes fide digni, & optimæ opinionis sunt assumendi Nov. de her. & falc. 1. c. 2.

6. Creditores quoque citandi sunt per consuetas citationes: noti quidem speciali denuntiatione, incogniti vero generali & publica proclamatione Nov. ut sponsal. larg. 119. c. 6.

7. quibus rite observatis heredes non tenentur ultra vires hereditarias, deque legatis & fideicom. falcidiam detrahere possunt. d. l. ult. §. 4. C. de iur. del.

8. Primoque venientibus creditoribus, vel legatariis solvere salvo iure anteriorum creditorum contra posteriores, & legatarios quibus solutum est d. l. ult. §. 5. 6. C. de iur. del.

9. Ita tamen ut adversus heredem venire non liceat. d. l. ult. §. 7. C. de iur. del.

10. Neque adversus eum cui vendidit. d. l. ult. §. 8. C. de iur. del.

11. At vero heres primo venientibus solvere non debet, nisi exacta cautione, si alios esse tempore, vel privilegio potiores cognoverit Gothof. ad d. l. ult §. 4. v. qui primi. C. de iur. del.

12. Expensa funeris, testamenti, & inventarij, aliarumque causarum necessariarum facta per heredem, qui fecit inventarium primo, & ante omnia deducitur de hereditate. d. l. ult. §. 9. C. de iur. del. l. quæsitum. 17. in pr. ff. de reb. aut. iud. poss.

13. Quæ sit funeris impensa, quique censeatur sumptus funeris causa factus dicitur. l. & si quis 14. §. funeris 3. cum seq. ff. de relig.

14. Qui quidem sumptus arbitrandus est pro facultatibus, & dignitate defuncti, nec ipsius voluntas sequenda est si res egrediatur iustam sumptuum rationem. l. si quis 12. §. sumptus 5. d. l. etsi quis 14. §. hæc actio l. in patrem 21. ff. de relig. l. 1. §. ult. l. 2. ff. ad leg. falc. l. servo. 113. §. ineptas ult. ff. de leg. 1.

15. Pecunia autem ad funus omnimodo expediri debet, etiam de re in qua alius ius habet vel privilegium l. si quis 12. §. ult. juncta. l. vel à debitoribus 13. & l. & si 14. in pr. & §. 1. ff. de relig.

16. Nam funeris impensa omne creditum solet præcedere cum bona solvendo non sint l. impensa 45. ff. de relig.

17. Præterea non confunduntur actiones, quas habebat heres: sed pro his concurrit cum aliis creditoribus d. l. ult. §. 9. ✠. si vero C. de iur. del.

18. Nec potest intra tempus quo confici debet inventarium, à creditoribus hereditariis vel legatariis conveniri, sed interim creditoribus non currit prescriptio. d. l. ult. §. 11. C. de iur. del.

19. Sin vero omnia supra dicta heres non fecerit, strictèque & ad unguem observaverit, non gaudebit inventarij beneficio d. l. ult. §. 12. C. de iur. del. Nov. de hered. & falc. 1. c. 2. §. 2. Papo tit. de inventar. art. 6.

20. Nec etiam si legata intra annum non solverit d. Novell. 1. cap. 4.

21. Creditoresque dimiserit: imo privatur inventarij beneficio heresque esse cogi-

tur, & omnia hereditatis onera sustinere per edictum ducis Sabaudiæ à rege nuperrime approbatum & confirmatum ut debeat in provinciis à duce Sabaudiæ à rege nuperrime approbatum & confirmatum ut debeat in provinciis à duce Sabaudiæ in permutationem datis observari, & habere legis vigorem.

22. Excipe fiscum Guid. Pap. q. 333.

23. Legatarius autem non tenetur ad onera ei à testatore imposita, ultra vires legati. l. generaliter 24. §. si quis 12. cum seq. usque ad §. ult. ff. de fideicom. libert.

24. Nisi oneratus sit in re propria, & legatum agnoverit d. l. 24. §. 12. ff. de fideic. libert.

25. Atqui minor adversus omissionem inventarij, & aditionem hereditatis poterit in integrum restitui, si damnosa sit hereditas Guido Pap. q. 141. 142.

26. Poterit & Ecclesia, & pia loca Guido Pap. q. 333.

27. Maior vero non poterit Guido Pap. q. 473. num. 4.

De Codicillis.

1. PER sequentes codicillos non derogatur precedentibus nisi quatenus invicem sunt contrarij l. cum proponatis. 3. C. de codic.

2. Vel nisi testator dixerit se velle novissimos tantum valere eorum quæ facturus sit l. conficiuntur. 8. §. ult. ff. de iur. Cod.

3. Derogatur quoque per sequens testamentum, nisi aliquo iudicio confirmentur. l. ante tabulas 5. ff. de iur. Codic. Guido Pap. q. 325.

4 Imo non derogatur si appareat testatorem ab ea voluntate non recessisse. §. non tantum 1. instit. de Codic.

5 Codicillos scribi manu testatoris necesse non est, licet testator dixerit se nolle alias valere, nisi sua manu scripti essent: quia ea quæ postea geruntur prioribus derogant. l. divi. 6. §. codicillos. 1. ff. de iur. Codic.

6 Paria sunt rogare venientes ab intestato, vel dicere si non valet iure testa-

menti, valeat iure Codicillorum Guid. Pap. q. 323.

De Legatis.

1 SI legatum factum pro dote detur in dotem ab ipsomet patre vivente, non poteſt amplius eo mortuo peti. l. 11. C. de leg.

2 Et ſi quis legat rem in qua uſumf. habet, illud ius tantum quod habet, legaſſe videtur, licet morte finitum ſit. l. 20. C. de legat. l. quod in rerum. 24. §. ſi uſumfructum. 1. ff. de leg. 1.

3 Et ſi nudæ proprietatis dominus leget uſumf. de eo uſuf. intellexiſſe cenſendus eſt, qui futurus ſit. l. quod noſtrum. 63. l. ſi dominus. 72. l. ſi infantis. 55. ff. de uſuf.

4 Item ſi uſumf. qui ſub conditione legatus fuerat, heres pendente conditione legaverit, illud tantum ius legaſſe cenſetur, quod ad eum dum pendet conditio, pertinebat. l. ſi ſub 16. ff. quib. mod. uſusf. am.

5 Et qui fundum vectigalem legat, non ipſum directum dominium legaſſe videtur, ſed id ſolummodo ius quod in fundo ve-

ctigali habet. l. si domus. §. si fundus cum §. seq. ff. de legat. 1.

6 Quin etiam censu legato, non censetur legatum dominium directum rei, , cui census est impositus Guid. Pap. q. 264.

7 Nec in executione super censu existimatur comprehensum, nisi fuerit expressum Guido Pap. d. q. 264. num. 3.

8 Comprehensum tamen censetur in Delphinatu de regionis consuetudine Guid. Pap. d, q. 264. n. 3.

9 Sic & ius quod in re conducta habemus legare possumus, heresque fruitionem rei conductæ præstare tenetur. l. qui quatuor. §. 1. ff. de legat. 2.

10 Si pluribus simul, vel separatim idem totum relictum sit, in virilem vocati censentur. l. coniunctim. 80. ff. de leg. 3. l. duobus. 85. ff. de leg. 1. l. 7. 23. in pr. C. de legat.

11 Si vero cum totum legasset, vel heredis titulo reliquisset, alteri postea partem eiusdem totius legavit, ea pars de toto adempta esse censetur. d. l. 23. §. 1. C. de legat.

12 Quod si in solidum duobus eadem res legata fuerit uni res, alteri vero æsti-

matio debebitur. l. 13. ff. de leg. 2. l. si res 20. ff. de leg. 3. l. duos 14. ff. de usu & usuf. leg. adde l. un. §. ubi autem. ℣. sin autem. C. de Cad. toll.

13 Quod si res sine culpa vel mora heredis perierit, neutrum præstabit. l. 114. §. ult. ff. de leg. 1.

14 Actionem tamen præstabit quam habet pro re perempta. l. liber homo. 13. §. ult. l. huic scripturæ. 15. in pr. ff. ad leg. Aquil.

15 Si uni purè, alteri vero sub conditione. legatum fuerit relictum: heres rem vel pecuniam tradere non debet pendente conditione; nisi præstita cautione. l. 9. §. 4. ff. ad exhib.

16 Nam & heres peculium servo legatum tradere non debet sine cautione, si tributoriæ sit locus. l. quod in herede. 9. §. ult ff. de tribut. act.

17 Nec legata solvere dum pendet lis de testament. l. 9. C. de lega.

18 A substituto, vel legitimo exheredati non potest legari vel fideicommitti, etiamsi exheredato pater aliquid legaverit. l. 126. in pr. de leg. 1. l. miles. 41. §. si

miles. 3. ff. de teſtam. mil. l. ult. ff. de leg. 3.

19 Niſi idem ſubſtitutus, vel legitimus heres, patri quoque heres fuerit: nam tunc tanquam heres voluntatem defuncti agnoſcere teneretur. l. plane 94. in pr. ff. de leg. 1. l. qui fundum. 87. §. qui filios. 7. ff. ad leg. falc. l. 24. C. de legat.

20 Poteſt tamen exheredato pupillariter ſubſtitui. l. 1. §. 2. de vulg. §. non ſolum 4. inſtit. de pupill. ſubſt.

21 Relictum vel in alium tranſlatum pœnæ nomine valet: niſi ob turpem cauſam, vel impoſſibilem conditionem relinquatur. l. un. C. de his quæ pænæ nom. §. ult. inſtit. de legat.

22 Cui relictum quid fuerit ne ſecundas ineat nuptias, intra annum quidem non petat, niſi ſpes nuptiarum deficiat: poſt annum vero capiat præſtita cautione rei cum fructibus reſtituendæ ſecundis nuptiis ſecutis nov. de nuptiis. 22. c. unde ſancimus 44.

23 Niſi teſtator onus cautionis remiſerit. ibid. in fine.

26 Legatorum ſeu fideicommiſſorum uſuras, vel fructus, mercedeſve rerum re-

lictarum , ex eo tempore quo lis contestata est exigi posse manifestum est. Nec enim debentur nisi ex mora ; quæ non ipso diei lapsu introducitur, sed litis contestatione l. 1. 4. C. de usur. & fruct. legat. l. si quis 23. l. quæsitum. 91. §. ult. ff. de leg. 1. l. qui solidum. §. 2. l. 87. §. 1. ff. de leg. 2.

27 Postquam non solum fructus præstantur, sed etiam omne damnum quo affectus est legatarius. l. is qui 23. l. patronus 35. in pr. ff. de leg. 3.

28 Et quod relictum est heres suis sumptibus perquirere debet. & præstare l. cum servus 39. in pr. ff. de leg. 1.

29 Fructus quoque præstat, non quos percepit, sed quos legatarius percipere potuit. de l. cum servus. 39. §. 1. ff. de leg. 1.

30 Denique legatario quicquid eius interest præstare debet, etiam ipsius rei interitum. d. l. cum servus. §. 1. ff. de leg. 1.

31 Licet obiiciatur falcidia dummodo eius occasione partem tantum petat legatarius. l. 78. in pr. de leg. 2. Papo de pluris vel minoris petit. art. 2.

32. Vel satisdare paratus sit de restituendo eo, quod amplius quam per legem falcidiam

cidiam

cidiam licet acceperit l. 2. C. de usur. & fruct. leg.

33. Nam cautio interponenda est quoties imminet, metuitur, vel speratur restitutio: ut cum uni ex duobus contendentibus adiudicatur hereditas l. cum idem pen. ff. de petit. her.

34. Vt in tributoria actione, cum incertum est an alij existant creditores l. procuratoris 5. §. ult. iuncta. l. non enim. 6. & l. illud quoque in pr. ff. de tribut. act.

35. Vt quando legata vel ex substitutione, vel in conditionis eventum debentur l. 1. §. interdum. 12. l. is cui 31. ff. ad leg. falc.

36. Vt cum dubitatur an lex falcidia locum habeat d. l. is cui 31. ff. ad leg. falc. l. 1. in pr. & §. 1. 7. 8. 9. ff. si cui plus quam per leg. fal.

37. Vt cum heres controversiá hereditatis patitur l. si testamentum 6. ff. si cui plus quam per leg. falc.

38. Vel ex alia causa imminet evictio. l. 3. §. 7. 8. 9. ff. si cui plus quam per leg. falc.

39. Quinimo satisdatio per errorem obmissa post solutionem condici potest. d. l.

3. §. item sciendum. 5. & §. ult. ff. si cui plus quam per leg. falc.

40. Onus tamen cautionis remittitur eis quibus minuta alimenta relicta sunt d. l. 3. §. quamvis 4. ff. si cui plus.

41. Et fisco. d. l. 3. §. item. 5. ff. si cui plus.

42. Sed & si sine iusta causa petatur, præstari non debet. d. l. hæc autem 4. in pr. ff. si cui plus.

43. Et maxime si ideo exigatur ut à petitione liberalitatis defuncti, legatarius cui non est facilis sadisdatio, removeatur. l. cum non facile. 6. ff. cui plus Guido Pap. q. 189.

44. Quid si res legata apud legatarium perierit? si non dolus eius intervenerit, poterit tam ei quam eius fidejussori exceptione succurri adversus heredem rei restitutionem postulantem. l. 1. §. ult. iuncta, l. etiamsi 2. & l. nisi si 3. in pr. ff. si cui plus.

45. In legatis ad pias causas, cum heres est in mora solvendi, fructus, reditus, omnisque legitima accessio debetur non ab interpellatione tantum, sed à morte ipsius testatoris, vel termini expiratione l. sanci-

mus 46. §. supra autem 4. & §. hoc. eod. 5. C. de episc. & cleric.

46. Quinimo si non nisi in iudicium vocatus solvere voluerit, in duplum damnari debet. d. l. sancimus. §. ut autem C. de episc. & cle. §. in bonorum 19. ℣. item mista instit. de act.

47. Idem & si inficiatus fuerit heres. §. sed furti 26. ℣. sed illa instit. de act.

48. Vsuræ quoque minori debentur ex mora, quæ sine interpellatione ipso diei lapsu committitur l. in minorum. 3. C. in quib. caus. in integ. rest. nec non est.

49. Si totius qaod legavit testator vivus partem solverit, reliquæ partis tantum, non totius contra heredem, post mortem testatoris legatario petitio competit, nisi de contraria testatoris voluntate appareat. l. 22. ff. de leg. 2.

50. Idem & si non vivus tradiderit, sed totum illud vel à testatore, vel per se diminutum fuerit: nam id tantum quod superest mortis tempore, præstari debebit. §. si quis 18. instit. de legat. & §. si grex 19. ibid.

51. Si tamen gregis ususf. legatus sit, & usque adeo capita diminuta fuerint, ut

grex esse desierit extinguitur ususf. l, cum gregis ult. ff. quib. mo. ususf. am.

51. Vt & si quadrigæ equus unus mortuus sit, perit quadrigæ ususf. l. quid tamen 10. §. quadrigæ ult. ff. quib. mod. us. am.

53. Nisi in locum mortui alius substitutus reperiatur, ante diem legati cedentem. l. nisi alius. 11. ff. quib. mod. ususf. am.

54. Grex decem capitibus constat. l. oves ult. in pr. ff. de abigeis.

55. Legatum in voluntatem heredis collatum non velet: quia nunquam velle præsumitur. l. senatus 43. §. legatum 2. ff. de leg. 1. l. sub hac conditione. 8. ff. de oblig. & act.

56. Quod si se velle dixerit: valebit legatum, & retro nolle non potest. l. 11. §. 5. ff. de leg. 3.

57. Sed & valet legatum in arbitrium heredis tanquam in bonum virum collatum d. l. 11. §. 7. 8. ff. de leg. 3. l. si sic 75. in pr. ff. de leg. 1.

58. Si cum voluerit heres relictum sit eo vivente petitio non est, eo mortuo heres eius præstabit. d. l. 11. §. 6. ff. de leg. 3.

59. Quod si legatarius prior decesserit legatum extinguitur. d. l. 11. §. 6. ff. de leg. 3.

60 In alterius voluntatem conferri potest. l. cum filiof. 11. in pr. ff. de leg. 1.

61 Quinimo in ipsius legatarij voluntatem, & suspenditur sicut per aliam quamlibet conditionem. l. si ita. 69. ff. de conditionem. l. si ita. 69. ff. de condit. & demonst. Guido Pap. q. 505.

62. Non tamen si tanquam in boni viri arbitrium: nam tunc nulla mora inesse censetur, neque conditio. l. 1. §. ult. ff. de leg. 2.

63 Quid in legato pluribus relicto ita ut electio sit dandi cui plurium voluerit? si aliquod sit tempus appositum, intra illud eligere debet: si vero nullum statim: alioquin omnibus debebitur, nec erit amplius eligendi facultas. l. 24. 25. ff. de leg. 2.

64 Quin etiam electione semel facta non admittitur voluntatis mutatio. l. apud Aufidium. 20. ff. de opt. leg. l. 11. §. ult. ff. de leg. 2. l. 11. §. 5. ff. de leg. 3.

65 Nisi cum ante conditionem apposi-

tam facta est electio. l. 67. in pr. l. 77. §. 4. & 10. ff. de leg. 2.

67 Heres tenetur rem meam mihi legatam à pignoris nexu liberare. l. si tibi. 86. in pr. ff. de leg. 1.

67 Et creditoris obligatio non censetur extincta eo quod pignus ei fuerit legatum, nisi appareat testatorem compensare voluisse. l. 85. de leg. 2.

68 Species legatæ quæ inventæ sunt præstari debent: de cæteris quæ non inventæ sunt præstandis cavere sufficit, nisi dolo heredis non reperiantur. l. Titia. 38. in pr. ff. de aur. & arg. leg.

69 Contra in contractibus: nam species promissæ omnimodo præstandæ sunt. l. si quis. 26. ff. de act. emp.

70 Legata relicta à scriptis venientibus ab intestato non debentur. l. 81. ff. de leg. 2.

71 Nisi appareat ea testatorem præstari voluisse, vel clausula codicillaris apposita sit. l. 88. §. ult. l. ult. §. 3. ff. de leg. 2.

72. Sed & relictum in defectum institutorum videtur relinqui à venientibus ab intestato. l. 88. §. 9. ff. de leg. 2.

73 Modus impossibilis legato adiectus vitiat legatũ.l. quidam. 7. §. ult. ff. de trit. vino vel ol. leg.

74 Venalia non veniunt in penoris legato. l. nam quod. 4. §. item 2. ff. de penu. legata.

75 Escale, vel potorium argentum, aurumve supellectilis appellatione non continentur, nisi hoc quoque testatorem sensisse legatarius doceat. l. suppellectili. 4. §. ult. ff. de suppellect.leg.

76 Legatum factum alicui cum petierit non est conditionale. l. Titia. 85. ff. de cond. & dem.

77 Sicuti nec promissioni sic factæ conditio inest. l. si decem. 48. ff. de verb. oblig.

78 Legatum sine præfinitione temporis datum, statim debetur: nec ideo minus, quod in defectum præstationis aliud sit relictum: in quo quidem inest conditio, quæ tunc existit, cum heres interpellatus non satisfecit. l. cum sine 19. in pr. l. si penum. 24. ff. quan. di. leg.

79 Qui legata sponte agnovit, ea debet, etiam inutiliter relicta, vel ex imperfecto testemento, vel minus solemni voluntate. l. non dubium. 16. §. ult. C. de testam. l.

1. 2. 23. C. de fideic. l. fideicommissum. 62. ff. de condict. ind.

80 Potest usucapi res legata vivente eo qui legavit, si credatur mortuus. l. ea res. 5. juncta. l. si is. 6. ff. pro legato.

81 Ad legatum consequendum tres competunt actiones, ex testamento, hypotecaria, & rei vindicatio, quin etiam missio in possessionem rei legatæ competit. l. 1. C. commun. de legat. Guido Pap. q. 483.

De Annuis legatis.

1 Legata annua initio anni debentur. l. 1. C. quan. dies leg. l. nec semel. 12. §. 1. 2. 3. ff. eod.

2 Nisi constet de contraria testatoris voluntate. d. l. nec semel 12. §. sed & si 4. & 6. si in habitatione. 5. ff. quan. dies leg. l. habitationis. 11. ff. de usu & usuf. leg.

3 Et sufficit ultimum annum fuisse cœptum, ut legatum illius anni transmittatur & debeatur. l. à vobis. 5. ff. de ann. leg. in singulos. 8. ff. eod.

4 Ad similitudinem ususf. morte finitur

legatarij. l. in singulos. 8. l. Caius. 12. ff. de ann. leg. l. in singulos. 4. eod.

5 Nisi eius quoque heredes legato fuerint comprehensi. l. 22. C. de legat.

6 Atque adeo finitur etiam morte usufructuarij, qui præstationi annuæ erat obnoxius. l. Titia. 19. in pr. ff. de ann. leg.

7 Plura esse censentur, nec semel dies cedit, sed per singulos annos. l. cum in annos 10. iuncta. l. nec refert 11. & l. nec semel 12. in pr. ff. quan. dies leg. l. in singulos 4. ff. de ann. leg. l. un. in pr. & §. 1. ff. quan. dies ususf. leg. ced. l. cum ususf. 13. ff. de usu & usuf. leg.

8 Atque ideo præscriptione non extinguntur. l. si ususf. 28. ff. quib. mo. ususf. am.

9 Plura vero non sunt, cum testator præstationem annuam instituit, non ad legatum annum constituendum, sed ad solutionis dilationem modumque constituendum. l. si cum 20. ff. quan. dies leg.

10 Tuncque legatum non in initio anni, sed in fine præstatur. l. nec semel. 12. §. sed & l. 26. §. ult. ff. quan. dies leg.

11 Sed & stipulatio mortis causa annua,

est una. l. senatus. 35. §. ult. ff. de mort. cau. don.

12 Vt & quælibet alia stipulatio. l. si stichum. 16. §. ult. ff. de verb. oblig.

De acquisitione vel amissione legatorum.

1 LEgatarius pro parte acquirere, pro parte repudiare legatum non potest: heredum tamen eius alter acquirere, & agnoscere partem suam potest, alter repudiare. l. 4. 58. ff. de leg. 1. l. legatarius. 38. ff. de leg. 1.

2 Sed & de duobus legatis licet unum amplecti alterum verò repudiare. l. 5. in pr. l. 6. ff. de legat. 2.

3 Quod tamen non licet in detrimentum falcidiæ, & oneris impositi à testatore. d. l. 5. §. 1. ff. de leg. 2. l. si legatario. 22. in pr. ff. de fideic. lib.

4 Voluntas testatoris probata prævalet scripturæ in augmento, vel diminutione legati. l. qui quartam. 15. ff. de leg. 1.

5 Legatarius celans testamentum, vel substrahens rem legatam, legato privatur,

quod remanet apud heredem scriptum. l. 5. 25. C. de legat.

De revocatione translatione atque ademptione legatorum.

1 NVda atque etiam tacita voluntate, & gravissimis inimicitiis legata ; & fideicommissa revocantur. l. 27. C. de fideicom. l. si quis 3. §. ult. l. divi 13. l. ex parte 22. l. legatum. 24. §. ult. l. libertus 29. l. alumnæ 30. §. ab heredibus 2. l. filio pen. in pr. & §. seia 2. ff. de adim. leg. l. si inimicitiæ 9. ff. de his quæ ut indig.

2 Nisi postea reconciliatio secuta sit. l. quod si 4. ff. de adim. leg.

3. Non tamen pigneratione post legatum seu fideicommissum facta : sed heres pignus tenetur liberare. l. 3. C. de legat. §. si rem suam. 12. instit. de legat.

4 Quinimo obligata per legatum seu fideicommissum à testatore sciente relicta, vel dilectæ personæ, tenetur heres luere, vel si sunt à creditore distracta pretium solvere, nisi contrariam testatoris volunta-

3. §. item sciendum. 5. & §. ult. ff. si cui plus quam per leg. falc.

40. Onus tamen cautionis remittitur eis quibus minuta alimenta relicta sunt d. l. 3. §. quamvis 4. ff. si cui plus.

41. Et fisco. d. l. 3. §. item. 5. ff. si cui plus.

42. Sed & si sine iusta causa petatur, præstari non debet. d. l. hæc autem 4. in pr. ff. si cui plus.

43. Et maxime si ideo exigatur ut à petitione liberalitatis defuncti, legatarius cui non est. facilis sadisdatio, removeatur. l. cum non facile. 6. ff. cui plus Guido Pap. q. 189.

44. Quid si res legata apud legatarium perierit? si non dolus eius intervenerit, poterit tam ei quam eius fidejussori exceptione succurri adversus heredem rei restitutionem postulantem. l. 1. §. ult. iuncta, l. etiamsi 2. & l. nisi si 3. in pr. ff. si cui plus.

45. In legatis ad pias causas, cum heres est in mora solvendi, fructus, reditns, omnisque legitima accessio debetur non ab iterpellatione tantum, sed à morte ipsius testatoris, vel termini expiratione l. sanci-

mus 46. §. supra autem 4. & §. hoc. eod, 5. C. de episc. & cleric.

46. Quinimo si non nisi in iudicium vocatus solvere voluerit, in duplum damnari debet. d. l. sancimus. §. ut autem C. de episc. & cle. §. in bonorum 19. ✻. item mista instit. de act.

47. Idem & si inficiatus fuerit heres. §. sed furti 26. ✻. sed illa instit. de act.

48. Vsuræ quoque minori debentur ex mora, quæ sine interpellatione ipso diei lapsu committitur l. in minorum. 3. C. in quib. caus. in integ. rest. nec non est.

49. Si totius qaod legavit testator vivus partem solverit, reliquæ partis tantum, non totius contra heredem, post mortem testatoris legatario petitio competit, nisi de contraria testatoris voluntate appareat. l. 22. ff. de leg. 2.

50. Idem & si non vivus tradiderit, sed totum illud vel à testatore, vel per se diminutum fuerit: nam id tantum quod superest mortis tempore, præstari debebit. §. si quis 18. instit. de legat. & §. si grex 19. ibid.

51. Si tamen gregis usus f. legatus sit, & usque adeo capita diminuta fuerint, ut

grex esse desierit extinguitur usus f. l. cum gregis ult. ff. quib. mo. ususf. am.

52. Vt & si quadrigæ equus unus mortuus sit, perit quadrigæ ususf. l. quid tamen 10. §. quadrigæ ult. ff. quib. mod. us. am.

53. Nisi in locum mortui alius substitutus reperiatur, ante diem legati cedentem. l. nisi alius. 11. ff. quib. mod. ususf. am.

54. Grex decem capitibus constat. l. oves ult. in pr. ff. de abigeis.

55. Legatum in voluntatem heredis collatum non valet: quia nunquam velle præsumitur. l. senatus 43. §. legatum 2. ff. de leg. 1. l. sub hac conditione. 8. ff. de oblig. & act.

56. Quod si se velle dixerit: valebit legatum, & retro nolle non potest. l. 11. §. 5. ff. de leg. 3.

57. Sed & valet legatum in arbitrium heredis tanquam in bonum virum collatum d. l. 11. §. 7. 8. ff. de leg. 3. l. si sic 75. in pr. ff. de leg. 1.

58. Si cum voluerit heres relictum sit eo vivente petitio non est, eo mortuo heres eius prestabit. d. l. 11. §. 6. ff. de leg. 3.

59. Quod si legatarius prior decesserit legatum extinguitur. d. l. 11. §. 6. ff. de leg. 3.

60 In alterius voluntatem conferri potest. l. cum filiof. 11. in pr. ff. de leg. 1.

61 Quinimo in ipsius legatarij voluntatem, & suspenditur sicut per aliam quamlibet conditionem. l. si ita. 69. ff. de conditionem. l. si ita. 69. ff. de condit. & demonst. Guido Pap. q. 505.

62. Non tamen si tanquam in boni viri arbitrium: nam tunc nulla mora inesse censetur, neque conditio. l. 1. §. ult. ff. de leg. 2.

63 Quid in legato pluribus relicto ita ut electio sit dandi cui plurium voluerit? si aliquod sit tempus appositum, intra illud eligere debet: si vero nullum statim: alioquin omnibus debebitur, nec erit amplius eligendi facultas. l. 24. 25. ff. de leg. 2.

64 Quin etiam electione semel facta non admittitur voluntatis mutatio. l. apud Aufidium. 20. ff. de opt. leg. l. 11. §. ult. ff. de leg. 2. l. 11. §. 5. ff. de leg. 3.

65 Nisi cum ante conditionem apposi-

tam facta est electio. l. 67. in pr. l. 77. §. 4. & 10. ff. de leg. 2.

67 Heres tenetur rem meam mihi legatam à pignoris nexu liberare. l. si tibi. 86. in pr. ff. de leg. 1.

67 Et creditoris obligatio non censetur extincta eo quod pignus ei fuerit legatum, nisi appareat testatorem compensare voluisse. l. 85. de leg. 2.

68 Species legatæ quæ inventæ sunt præstari debent: de cæteris quæ non inventæ sunt præstandis cavere sufficit, nisi dolo heredis non reperiantur. l. Titia. 38. in pr. ff. de aur. & arg. leg.

69 Contra in contractibus: nam species promissæ omnimodo præstandæ sunt. l. si quis. 26. ff. de act. emp.

70 Legata relicta à scriptis venientibus ab intestato non debentur. l. 81. ff. de leg. 2.

71 Nisi appareat ea testatorem præstari voluisse, vel clausula codicillaris apposita sit. l. 88. §. ult. l. ult. §. 3. ff. de leg. 2.

23 At vero inter plures legatarios, quibus usus. legatus est ius accrescendi locum habet etiamsi ad aliquem eorum proprietas quoque pertineat l. 1. in pr. l. si tibi 4. l. idem in pr. ff. de usuf. accresc.

24 Quod ius ei permanet, licet proprietatem alienaverit l. & si 5. ff. de usuf. accres.

25 Nam ususf. non revertitur ad proprietatem, sed accrescit usufructuario l. idem 3. §. ult. l. 1. §. denique 1. l. si mulieri 8. ff. de usuf. accresc.

26 Personæ non rei, etiamsi partem suam amiserit l. si Titio 33. §. ult. ff. de usuf. l. 1. §. interdum 3. l. interdum 10. ff. de usuf. accresc.

27 Si coniunctim aliquibus, aliis vero disiunctim eiusdem rei ususf. legatus sit. si aliquis ex coniunctis usumf. amiserit, accrescit pars eius solis coniunctis l. 1. §. idem ait 2. ff. de usuf. acc.

28 Inter eos quoque quibus separatim legatus est ususf. ius accrescendi locum habet: si totius ususf. legatum fuerit uni-

cuique factum d. l. 1. §. interdum 3. ff. de usuf. acc.

29 Sive purè omnibus, sive uni purè, alteri vero sub conditione l. idem 6. §. ult. ff. de usuf. acc.

30 Si autem pars cuique fuerit legata, vel per partem ususf. legatum fuerit factum, non habet locum ius accrescendi l. 1. in pr. ff. de usuf. acc.

31. Idem est & si pro parte tantum, & non in solidum apud plures sit ususf. ut cum à pluribus heredibus proprietas deducto usuf. legatur l. 1. §. ult. iuncta l. ideoque 2. & l. idem 3. in pr. ff. de usuf. accresc.

32 Et cum plures domini deducto usuf. proprietatem tradiderunt d. l. idem 3. §. unde 1. ff. de usuf. acc.

33 Et cum singulis ab heredibus, singulis eiusdem rei ususf. legatur l. cum singulis 11. iuncta l. seq. ff. de usuf. acc.

34 Et cum plnribus alternis annis ususf. relictus fuit: quia re ipsa, non autem concursu partes habent l. si doobus 2. in pr. ff. quib. mo. ususf. am.

35 Tuncque ususf. deperditus ad eam

partem redit à qua ab initio divisus fuit l. idem 3. §. 1. ff. de usuf. acc.

36 Denique in usuf. ad alimenta pluribus relicto, locus non est iuri accrescendi l. dominus 57. §. ult. ff. de usuf. l. solent. iudices 3. ℣. debebit ff. de alim. leg.

37 Denique in contractibus non est locus iuri accrescendi Guido Pap. q. 204.

De inofficioso testamento.

1 SEmel obmissam inofficiosi querelam instaurari ratio iuris non sinit, transactione secuta post mortem parentis cum eius heredibus l. cum mota 6. C. de transf. l. si quando 35. §. illud etiã 1. C. de inoff. test.

2 Vel si quis à lite cœpta destiterit l. Papinianus 8. §. si quis 1. l. nam & si is §. heredi 1. ff. de inoff. test.

3 Vel quoquo modo iudicium defuncti agnoverit d. l. Papinianus 8. §. si conditioni 10. l. si pars 10. §. ult. l. nihil interest 12. in pr. & §. 1. l. si ponas §. 1. l. si is pen. §. ult. l. si exheredatus ult. ff. de inoffic. testam. l. post legatum 5. in pr. ff. de his quæ ut ind. l. parentibus 8. §. ult. C. de inoff. test

4 Non tamen petitione adempti legati à qua summotus fuit l. nihil interest 12. §. si cum 2. ff. de inoff. test.

5 Nec si per consequentiam, sive occasione alterius, non autem facto proprio aliquid egit, ex quo agnitio voluntatis induci possit d. l. nihil interest §. ult. l. si is 31. §. si heres extiterim 2. & §. diversum. 3. l. ult. §. ult. ff. de inoff. test.

6 Nec si fraude heredis scripti destiterit ab accusatione inofficiosi l. eum qui 21. in pr. ff. de inoff. test.

7 Et repudiantis pars alteri accrescit qui egit, & obtinuit l. qui repudiantis 17. in pr. l. si ponas 23. §. ult. ff. de inoff. test.

8 Olim si legitima completa filijs relicta non esset, poterant agere de inofficioso l. cum quæritur 6. C. de inoff. test.

9 Hodie non possunt, si aliquid eis testamento relictum sit: sed agunt ad supplementum legitimæ l. omnimodo 30. l. quæ nuper 31. C. de inoff. testam.

10 Et illud quidem supplementum fit in pecunia non autem de substantia, seu bonis paternis si nolit heres Guid. Pap. q. 487.

11 Et tunc maxime cum ipsa legitima

relicta fuit in pecuuia Guido Pap. d. q. 487.

12 Potest enim legitima statui & relinqui, vel in pecunia, vel in bonis, reliquave substantia, prout testanti libuerit, cui non est auferenda libera de bonis suis disponendi facultas.

13 Quæ quidem legitima nullam recipit moram, neque modum, neque aliud quodcunque gravamen. l. qnoniam 32. l. scimus 36. in pr. & §. 1. C. de inoff. test.

14 Non præscribitur nisi triginta annis: licet querela inofficiosi præscribatur quinquennio Gothof. ad §. ult. inst. de inoff. testam. Guid. Pap. q. 82.

15 Intra quod tempus etiam nullum argui potest testamentum Guido Pap. q. 4. 26. num. 3.

16 Nec extinguitur agnitione voluntatis, sed expressa tantum renuntiatione l. si quando 35. §. & generaliter 2. C. de inoff. test. Guid. Pap. q. 93. 427.

17 Ad cuius legitimæ supplementum revocantur donationes immensæ à parentibus factæ toto tit. C. de inoff. donat. l. un. C. de inoff. dot. l. 87. §. pen. & ult. ff. de leg. 2.

18 Ita ut tantum habeat filius, quantum habiturus fuisset, si donationes factæ non essent nov. de imm. don. in fil. factis 92.

19 Legitima autem filiorum est triens si sint quatuor. tantum : sin autem plures, semis æqualiter inter eos dividendus auth. novissima C. de inoff. test.

20 In filiorum numero etiam exheredatus computatur l. Papinianus 8. quoniam 8. ff. de inoffic. testam.

21 In quam quidem legitimam imputatur quicquid quocunque titulo, vel inter vivos, vel in ultima voluntate filio à patre relictum est l. omnimodo 30. §. imputari C. de inoff. testam. l. Papinianus 8. §. si quis 6. l. si non mortis 25. in pr. ff. de inoff. test.

22 Sed novissimo iure liberi debent heredes institui, vel cum legitimæ causæ expressione exheredari, alioqui institutio vitiatur, reliqua firma manente dispositione Nov. ut cum de appell. cognoscitur 115. c. aliud quoque capitulum 3. in pr. & §. si autem in fine cap. Guid. Pap. q. 425.

23 Valet si filius institutus fuerit quandocunque heres decesserit Guid. Pap. q. 456.

24 Quod quibusdam non placet, quoniam hæc institutio facta videtur sub conditione. quæ in filij potestate non est, atque ita non valet l. 4. C. de instit. & substit. l. 22. 24. 28. ff. de lib. & post. vide Gothof. ad d. leg. 4. C. de instit. & substit. qui ait primam opinionem esse magis communem.

25 Causæ vero propter quas filij possunt exheredari enumerantur in d. c. aliud quoque capitulum adde l. 1. 2. ff. si quis aliq. test. l. 2. C. eod. l. 19. ff. de his quæ ut ind.

26 Et vicissim parentes debent à liberis suis institui, vel cum causæ expressione exheredari d. nov. ut cum de app. cog. c. iustum. a. 4. quæ quidem causæ ibid. recensentur.

27. Verumtamen non tenetur quis instituere ascendentes quandiu descendentes existunt Guido Pap. q. 426. num. 7.

28. Si mater filiis duobus heredibus institutis, tertio post testamentum suscepto, in puerperio decessit, non est locus querelæ de inofficioso, sed succedit præteritus una cum fratribus in virilem: secus in extraneis l. procurator 3. C. de inoff. test.

29. Idem est si quem obmiserit quia credebat mortuum: ita ut nihilominus libertates & legata præstentur l. si instituta 27. §. ult. iuncta l. cum mater 28. ff. de inoff. test.

30. Idem etiam si posteriore testamento alium quis instituerit heredem, cum crederet priore institutum esse mortuum: tunc enim iustitutio primi testamenti valebit, sed legata posterioris præstabuntur l. ult. ff. de her. instit.

31. Filij quoque non possunt agere de inofficioso, si mater eos sub conditione emancipationis instituerit, cum mores paternos suspectos haberet l. filiis 25. l. si quis 33. §. ult. C. de inoff. test. l. cum filiof. 50. in pr. ff. de leg. 3.

32. Tuncque pater arcetur à cura filiorum emancipatorum l. scire §. si mater 1. ff. de tut. & cur. dat.

33 Et ab omni commodo illorum bonorum l. duos 70. ff. de condit. & dem.

34 Filiosque emancipare cogitur l. si cui 92. l. mater 93. ff. de cond. & dem. l. lenones 6. C. de spectac. l. si furioso pen. §. 1. cum seq. ff. de curat. fur.

35 Præterea si quis rogatus sit eis restituere

tuere hereditatem sub eiusmodi conditione, non potest restituere in potestate patris agentibus l. 114. §. 11. 12. ff. de leg. 1.

37. Et eis emancipatis restituenda est hereditas, licet rogatus tantummodo fuerit heres, ut post mortem patris restituat l. mulier 22. in pr. ff. ad Trebell.

38. Deque sic relictis filiusf. recte paciscitur l. & heredi 21. §. item filiusf. 4. ff. de pact.

39. Ad hæc dispositio de castrensi, vel quasi castrensi peculio nulli de inofficioso querelæ obnoxia est l. testamentum 24. l. ult. C. de inoff. test.

40. Denique nemo eorum qui ex transuersa linea veniunt, exceptis fratre & sorore eodem patre, & matre natis, vel saltem consanguineis (non autem uterinis) ad inofficiosi querelam admittuntur l. fratris 21. l. fratres 27. C. de inoff. test.

41 Nec vero admittuntur nisi turpibus personis, vel infamibus heredibus institutis d. l. fratres 27. C. de inoff. test. §. 1. ℣. soror autem instit. de inoff. test.

42 Quod si pluribus institutis unus eorum reperiatur infamis, pro eius parte

L

tantum rescinditur testamentum l. circa 24. ff. de inoff. test.

43 Licet pater fuerit heres institutus, vel legatum sortitus, nihilominus filius eius, etiam in potestate existens, potest matris testamentum inofficiosum accusare l. filius 22. in pr. ff. de inoff. test.

44 Nec si pater nomine filij querelam moveat, & repellatur, iccirco sibi relictum amittit. d. l. filius §. 1. ff. de inoff. test.

45 Sed nec quilibet alius repulsus qui non suo, sed alterius nomine egit d. l. filius §. 2. 3. l. adversus 30. §. ult. ff. de inoff. testam.

46 Postremo adverte spurios querelam inofficiosi movere posse adversus matris testamentum l. si suspecta 29. §. 1. ff. de inoff. test.

47 Propinquiore gradu succumbente, vel querelam repudiante, sequens ad inofficiosi querelam admittitur. l. si is 31. in pr. l. pater 14. l. nam & si in pr. ff. de inoff. test. vide Ruth cap. 4.

48 Querela præparata ad extraneos: ad suos etiam non præparata, transmittitur

heredes l. si pater 5. l. si quando 36. §. ult. inf. C. de inoff. test.

49 Quando querela præparata censenda sit dicitur l. posthumus 6. §. ult. l. quemadmodum. 7. ff. de inoffic. testam.

50 Insistenti autem testamentum non iure factum, interim præscriptio querelæ inofficiosi non currit l. contra 16. C. de inoff. test.

51 Quam quidem querelam ubi heres domicilium habet movere oportet l. si suspecta 29. §. ult. ff. de inoff. test.

De successione ab intestato.

1 EXclusis ascendentibus filij parentibus suis succedunt, vel nepotes, vel alij descendentes superstites una cum filijs, vel si nulli sint filij ipsi nepotes: non pro virilibus portionibus, sed in stirpes Nov. de her. ab intest. venient 118. in fine pr. & c. 1. l. nepotes 2. C. de suis & leg. §. cum filius 6. inst. de her. quæ ab int. l. quod scitis 3. C. de bon. lib.

2 Quod si liberi decesserint intestati, & sine sobole, ascendentes gradu proximiores

una cum fratribus, & sororibus defuncto ex utroque latere coniunctis pro virili portione succedunt, nec patri quæritur ususf. d. nov. de her. ab intest. ven. c. si igitur 2. ℣. si vero.

3 Quod si nulli sint fratres ex utroque parente, tunc ascendentes gradu proximiores ita succedunt, ut medietatem bonorum habeant ascendentes paterni, reliquam vero dimidiam materni ascendentes d. Nov. de her. ab intest. ven. c. 2. in pr.

4 Omni prorsus exclusa differentia sexus, & patriæ potestatis d. Nov. de her. ven. ab intest. c. 2. ℣. differentia nulla.

5 Nota quod prædefunctorum fratrum filij succedunt una cum fratribus, eandemque partem habent quam haberet eorum pater si viveret: Novella ut fratrum filij 127. c. hoc itaque 1.

6 Deficientibus descendentibus, & ascendentibus vocantur fratres ex utroque parente, una cum fratris præmortui filiis, qui patrem suum defunctum repræsentant exclusis fratribus consanguineis tantum, vel uterinis tantum Nov. de her. ab intest. ven. 118. c. si igitur 3.

7 At vero non extantibus fratribus ex

utroque parente defuncto coniunctis, permixtim vocantur fratres ex uno latere sive ex patre, sive ex matre una cum fratrum præmortuorum filiis d. nov. de her. ab int. ven. c. si igitur 3.

8 Post fratres fratrumque filios succedunt gradu proximiores in capita, non in stirpes d. nov. de her. ab int. ven. c. 3. §. ult.

9 Et licet nullus supersit frater, sed sint tantum fratrum filij attamen in stirpes succeditur Guido Pap. q. 134.

10 Imo succedi in capita iudicavit curia parisiensis ut refert Papo lib. 21. tit. 1. art. 12. 13.

11 Atque adeo similiter fuit iudicatum in comitiis spirensibus anno 1529. teste Messyngero 3. observ. 94.

12 Omni cognatorum, vel agnatorum sublata differentia d. Nov. 118. c. nullam vero 4.

De Collationibus.

1 DOs, & quælibet tam simplex, quam propter nuptias donatio à parente facta, conferri debet ab eo, qui vult paren-

ti ab inteſtato, vel annullato teſtamento ſuccedere l. pen. C. de collat.

2 Atque etiam ab eo qui teſtamento ſuccedet, niſi parens expreſſim deſignaverit ſe nolle collationem fieri: tunc enim conferre non cogitur Nov. de triente 18. c. illud quoque 6.

3. Nec ſi ſucceſſionem reſpuat l. ex cauſa 25. C. fam. erc.

4. Quo caſu nullis hereditariis oneribus ſubiacet, niſi donata antea fuerint obligata, vel niſi donatio in fraudem creditorum facta probetur l. ſi ſucceſſione 2. l. ſi paterna 3. C. de revoc. his quæ in frau. cred. l. æris alieni 15. C. de donat.

5. Vel niſi cum agitur de ſupplemento legitimæ auth. unde & ſi C. de inoff. teſtamento.

De Sponſalibus.

1. DIſſolutis ſponſalibus de futuro licet alij nubere l. 1. C. deſponſal. c.2. de mat. cont. int. eccleſ.

2. Niſi copula carnalis ſecuta ſit: nam tunc impeditur matrimonium tam contrahendum, quam iam contractum c. 15. 30. de ſponſal.

3. Vide Benedictum in cap. de mat. in pr. & art. 17. 26.

4. Alioquin per sponsalia de præsenti dissolvuntur sponsalia de futuro c. ult. 10. 22, de spons.

5. Et mutuo consensu c. 2. de spons.

6. Et propter supervenientem fornicationem, non autem propter præcedentem c. 25. de iureiur.

7. Et si insignis aliqua deformitas postea mulieri contingat d. c. 25. de iureiur.

8. Et per dissensum eius qui ante pubertatem sponsalia contraxit, si post pubertatem dissentiat, nec copula carnalis secuta sit c. 6. 7. 8. 10. de desp. imp. l. 4. ff. de ritu nupt.

9 Vel si lepra laborare ceperit alteruter eorum qui sponsalia contraxerunt c. ult. de coniug. lepros.

10. Et per supervenientem affinitatem vel manifestam, vel opinione famæ subnixam c. 2. de consf. & affin.

11. Sposalia vero de præsenti inter personas nubilis ætatis non solvuntur per sequens matrimonium etiam copula carnali consummatum c. pen. pen. de sponsal. c, 1. 3. ult. de sponsa duor.

12. Neque supervenienti affinitate c. 6. 10. de eo qui cogn. cons. ux. suæ.

13. Tutor vel curator non potest dissolvere sponsalia contracta per patrem puellæ l. si pater 4. C. de spons.

14. Neque pater sponsalia filiæ emancipatæ l. in potestate 10. ff. de sponsal.

15. At vero qui sponsalia contracta sine legitima causa exequi non vult: si maior arras quas accepit duplicatas restituit: si minor, vel si iusta sit causa, tantum quas accepit l. mulier ult. C. de spons.

16. Nisi specialiter inter contrahentes convenerit, ut arræ in quadruplum restituantur ibid.

17. Omni alia pœnali stipulatione reiecta ibid. & c. 29. de sponsal.

18. Sed & donatio inter sponsos censetur esse largitas sponsaliorum, & donatum matrimonio non secuto totum redditur donatori nisi per ipsum resilierit matrimonij consummatio l. cum veterum 15. C. de donat. ante nupt.

19. Vel nisi postquam osculum intervenerit morte alterutrius resolvatur matrimoniũ: tunc enim dimidium tantum donationis sponsus, vel eius heres repetit, reliquum

acquiritur sponsæ vel eius heredibus l. si à sponso 16. C. de donat. ante nupt.

20. Nisi causam ut nuptiæ non sequerentur alterutra persona iam præbuit l. arris 3. C. de sponsal.

21. Nam & stipulatio dotis causa matrimonio non secuto effectum non habet §. est & aliud genus 3. instit. de donat. l. item quia §. huius rei 2. ff. de pact. l. stipulationem 21. & l. licet 22. ff. de iur. dot.

22. Et si quid in dotem datum sit repetitur c. 5. de donat. int. vir. l. si extraneus 6. l. si donaturus 9. in pr. ff. de cond. cau. data l. licet 43. ff. de iur. dot.

23. Cum fructibus l. videamus 38. §. & quidem 1. ff. de usur.

24. Quod si nuptiæ secutæ fuerint, fructus ante matrimonium percepti, dotis fiunt, & cum ea restituuntur, nisi tunc temporis donati fuerint l. dotis 7. §. si fructus 1. l. si servo 47. ff de iur. dot.

25. Quod si perierint res antequam matrimonium fuerit secutum, mulieris damnum est, licet æstimatæ fuerint l. plerumque 10. §. si ante 4. & §. inde quæri 5. ff. de iur. dot.

26. Et si non perierint: non secutis nuptiis non æstimatio, sed ipsæ res reddi debent l. in rebus 17. §. ult. ff. de iur. dot.

27. Donatum quoque nuptiarum causa nuptiis non secutis revocatur l. si præsidi 2. l. si ante 8. C. de donat. ant. nupt.

28. Tunc scilicet cum nulla amplius spes matrimonij subest. l. quod servus 8. ff. de cond. cau. data l. dotis 7. §. ult. iuncta l. sed nisi 8. & l. si ego 9. in pr. ff. de iur. dot.

29. Nec prius debitorem suum marito delegatum mulier convenire potest l. si debitor 80. l. si debitor 83. ff. de iur. dot.

30. Sed & data sponsæ certa lege, ea non impleat condici possunt l. dictam legem 8. C. de cond. ob cau. dat.

31. Sponsæ autem de futuro donari potest, sed contracto matrimonio par verba de præsenti, eoque constante donari non potest l. seia 66. ff. de donat. int. iur. & ux. l. cum in te 6. C. de donat. ante nupt.

32. Ideoque quod sponsæ ea lege donatur, ut tunc dominium eius adipiscatur cum nuptiæ fuerint secutæ, sine effectu est l. quod sponsæ 4. C. de don. ante nupt. l.

si sponsus 5. in pr. ff. de donat. int. vir. & ux.

33. Donata vero sponsæ, à sponso postea in dotem recte capiuntur, solutoque mrtrimonio pariter atque alia in dotem data restituenda sunt l. 1. l. si consentiente 14. C. de donat. ante nupt. l. 12. in pr. ff. de public. in rem act.

34. Hæc nihilominus si mulier transeat ad secundas nuptias viro præmortuo, liberis prioris matrimonij cum reliquis lucris restituenda sunt l. generaliter 5. in pr. v. hoc observare C. de secun. nupt.

35. Sequentibus creditoribus inutiliter obligantur l. de rebus 13. C. de donat. ant. nupt.

36. Nec donatio postquam perfecta fuit, vel rescripto principis poterit revocari l. cum te 9. C. de donat. an. uupt.

37. Sponsa sponsum absentem tenetur per biennium expectare, quo elapso alteri nubit impunè l. si is 2. C. de sponsal. l. liberum est 2. C. de repud.

38. Etiam non expectato biennio si sponsus dimiserit terram, & ad longinqua se contulerit c. 5. de sponsal. sponsam fratris frater habere non potest c. 4. de sponsal.

39. Neque consanguineus sponsam consanguinei c. 8. de spons. §. si uxor. 9. institut. de nupt. l. si qua 12. §. 1. 2. de ritu nupt.

De Matrimonio.

1. IN nuptiis contrahendis requiritur consensus, tam nubentium ; quam eorum in quorum sunt potestate *l.* nuptiæ 2. ff. de ritu nupt.

2. Si nepos nubat, tam avi, quam patris consensus requiritur: si neptis nubat sufficit solius avi consensus l. oratione 16. §. 1. ff. de ritu nupt.

3 Tunc scilicet cum avus filium in potestate habet: nam si filius idemque nubentis pater, sit emancipatus eius solius consensus sufficit.

4 Qui quidem consensus requiritur etsi nubens emancipatus, emancipatave sit, dummodo minor 25. annis l. nec filium 12. l. viduæ 18. l. in coniunctione 20. C. de nupt.

5 Nam filius emancipatus maior 25.

annis ſine patris conſenſu, nubit impunè l. filius 25. ff. de ritu nupt.

6 Si nubens patrem non habeat, matris & propinquorum: ſi neque patrem neque matrem habeat, tunc neceſſarius eſt conſenſus tutorum, ſeu curatorum, & propinrum: & ſi voluntates ſint diſcordes, tunc iudicis arbitrium neceſſarium eſt d. l. viduæ & d. l. in coniunctione C. de nupt.

7 Alioquin filiusf. contrahens matrimonium ſine conſenſu patris, vel matris poteſt exheredari Hen. 2. 1556. art. 1. Hen. 3. 1579. art. 41.

8 Poſſuntque parentes eadem de cauſa donationes priùs liberis factas revocare Hen. 2. 1556. art. 4.

9 Ipſique liberi ſunt arbitrio iudicis puniendi, necnon contrahentes cum eis, quorumque ope, vel conſilio matrimonium contractum eſt Hen. 2. 1556. art. 2. Hen. 3. 1579. art. 42.

10 Idem ius ſi quis defuncto patre ſine avi conſenſu nupſerit Gueneſius in d. conſtit. 1556. num. 2.

11 Curatiſque inhibitum eſt ne matrimonio coniungat filiosf. vel minores, ni-

si eis constet de voluntate, & consensu patris, matris, tutorum, vel curatorum Hen. 3. 1579. art. 40. & 1580, art. 25.

12 Patris, matrisque consensus requiritur: quod si dissentiant patris praevalet, & sufficit Guen. in d. art. 1. const. anni 1556.

13 Tutor vero seu curator matrimonio consentire non debet, nisi consanguinei quoque proximiores minorum consentiant Hen. 3. 1579. art. 43.

14 Notariisque inhibetur sponsalia per verba de praesenti stipulari ibid. art. 44.

15 At vero filij, filiaeque ut matrimonio coniungantur possunt adversus patrem nolentem iudicis officium implorare l. capite 19. ff. de ritu nupt.

16 Ob idque quod filia post 25. annos se sine consensu patris marito copulavit, vel turpiter vixit exheredari non potest aut. sed si post C. de inoff. test.

17 Quod etiam obtinet in filio post annum 30. Hen. 2. 1556. art. 4.

18 Filij quoque vel filiae furiosi, vel mente capti sine consensu patris matrimonium contrahere possunt, pro modo facultatum dote, vel donatione propter nuptias

danda à iudice, præsentibus curatoribus, consanguineisque furiosi l. si furiosi 25. C. de nupt.

19 Nisi avus supersit: nam tunc eius consensus sufficit l. si nepos 9. in pr. ff. de ritu nupt.

20 Similiter si ita pater absit, ut ignoretur ubi sit, & an sit. elapso triennio liberi eius nuptias poterunt contrahere d. l. si nepos 9. §. ult. iuncta l. si ita 10. ff. de ritu nupt.

21 Idem & si apud hostes detinetur: atque etiam ante triennium recte nubent, si talibus nubant quorum conditionem certum sit patrem non repudiaturum l. si filius 11. ff. d. ritu nupt.

22 Si autem pater nuptiis consensit, vel sciens non contradixerit, nihil obest quod dotali instrumento non subscripsit l. si nuptiis 2. l. si ut proponis 5. C. de nupt.

23 Furiosus matrimonium contrahere non potest. c. 24. de sponsal.

24 Contractum tamen retinet l. oratione 6. §. furor ff. de ritu nupt. l. patre furioso 8. ff de his qui sunt sui vel alieni iuris l. furor 8. ff. de sponsal.

25 Sed & neque infans poteſt contrahere matrimonium c. 25. de ſponſal. c. 4. de deſponſ. impub.

26 Niſi conſenſus poſt ſeptennium acceſſerit c. 5. 12. 13. de deſponſ. imp.

27. Sed is conſenſus valet ad ſponſalia. non autem ad matrimonium, niſi intervenerit poſt nubilem ætatem c. ult. de Deſp. imp. l. cum hic ſtatus 32. §. ſi quis pen. ff. de donat. int. vir.

28 Niſi que de patris facto c. 1. de Deſp. imp.

29 Inhibitæ tamen ſunt huiuſmodi coniunctiones niſi adſit cauſa urgentiſſima c. 1. de Deſp. imp.

30. Sed & Matrimonium vi, vel metu contractum nullum eſt c. 15. 18. de ſponſal. c. 13. ibid. c. 11. de Deſp. imp.

31. Niſi poſtea conſenſus intervenerit c. 9. de deſp. impub. c. 21. de ſponſ. c. 4. qui mat. acc. l. non cogitur 21. iuncta. l. ſi patre 22. ff. de ritu nupt. vide art. 44: conſtit. Hen. 3. 1579.

32. Quid ſi conditio ſub qua conſenſus datus fuit adimpleta non ſit? nihilominus matrimonium conſtabit; ſi copula carnalis

ſecuta

secuta sit, vel postea consensus purè accesserit c. 3. 6. de cond. app.

33. Uxor autem propter absentiam etiã perdiuturnam mariti, alij nubere non potest, nisi legitima inquisitione prius facta apud acta deponatur eum mortuum, si præter hæc nupserit tam ipsa, quam qui eam duxerit, ut adulterij puniri debent auth. hodie C. de repud. c. 19. de spons.

34. Quod si postmodum prior maritus reversus fuerit, conjugem suam recipiet posteriore dimisso c. 2. de secun. nup. cau. 34. can. 1. 2.

35. In qualicunque pacto quod ad dandum, vel faciendum concipitur, sive nuptiarum tempus, sive nuptiæ nominatæ sunt, non aliter intelligitur conditio adimpleta, nisi matrimonium reipsa contrahatur l. sancimus 24. C. de nupt.

36 Et é converso non est adimpleta conditio, si quis non compos matrimonij nupserit l. quod pupillæ 30. ff. quan. dies leg. ced. l. hæc conditio 10. in pr. ff. de cond. & dem.

37. Tunc scilicet cum verba conditionem important: nam d. l. 24. de conditione loquitur: secus si ad tempus solutionis

designandum posita essent : tunc enim statim cessit, sed nondum venit dies, statimque debetur, sed tantisper peti non potest, donec dies venerit solutioni præstitutus l. 26. in pr. & §. 1. ff. quan. dies leg. l. Seius 46. ff. ad Trebell. l. ex his verbis pen. C. quan. dies leg. ced.

38 Vir nulla constituta dote uxorem alere tenetur Guido Pap. q. 439. num. 1.

39. Si sit dives, uxor autem, vel eius parens pauper Guido Pap. d. q. 439. num. 1.

40. Si vero promissa sit, nec fides solvendæ dotis servetur, tunc alere non tenetur Guido Pap. d. q. 439. num. 1.

41. Et vicissim uxor dives virum inopem tenetur alere ibid. num. 2.

42. Sed & uretente quæstione repudij vir uxorem exhibere cogitur Guido Pap. d. q. 439. num. 2.

43. Quin etiam & seorsim habitantem, eum ob nimiam eius sævitiam aufugit Guido Pap. d. q. 439. num. 6. secus si culpa sua recederet ibid.

De incestis Nuptiis.

1. EX Matrimonio reprobato lucra matrimonialia non procedunt, sed veniunt potius confiscanda: idem in donatione simplici, nisi ætas, vel iusta ignorantia excuset l. qui contra 4. C. de incest. nupt. l. cum hic status 32. §. ult. ff. de donat. int. vir. & ux.

2. Inque eo neque vir, neque uxor, neque matrimonium, nec dos intelligitur l. incestæ 52. ff. de ritu nupt. §. si adversus 12. inst. de nupt.

3. Itaque dos eo nomine data, non secuto matrimonio repetitur conditione sine causa l. avunculo ult. ff. de condict. sine causa

4. Incestasque nuptias contrahentis pœna est spoliatio omniũ bonorum tam propriorum, quam dotalium, quæ devolvuntur etiam vivo delinquente, ad legitimos heredes qui non incestui consenserunt, ut tamen ab eis alatur: quibus non extantibus fisco deferuntur l. si quis 6. C. de incest. nupt.

5. Exilium etiam, & cinguli privatio, verberatio quoque si vilis sit persona auth. incestas C. de inc. nupt.

6. Et separatio sine ulla spe alterius cuiusquam conjugij, nisi ignorantia excuset Cau. 35. can. 4. 5. 6. quæst. 2.

7. Et excommunicatio donec separentur d. Cau. 35. quæst. 8. can. 3. & q. 2. can. 9.

8. Quæ tamen separatio fieri non debet sine causæ cognitione d. Cau. 35. quæst. 6. parte 6. & can. 10.

9. Ex eo matrimonio procreati liberorum numero non habentur, nec ullo modo admittuntur ad paternam substantiam auth. ex complexu C. de inc. nup. c. 6: 10. qui filij sunt leg.

10. Nisi & hic iusta matrimonium excuset ignorantia l. qui in Provincia 57. §. ult. ff. de titu nupt. c. 11. qui filij sint legit.

11. Harmenopulus lib. 6. §. 78. & seq. definit incestas nuptias quæ cum ea, quæ nos sanguine attingit: nefarias quæ cum ascetria, vel rapta.

12. Damnatas quæ vetitæ sunt ita refert Gothof. ad Nov. 89. c. ult.

De secundis Nuptiis.

1. TRanseuntes ad secunda vota, tenentur filiis prioris matrimonij, omnia ea quæ ex ipso priore matrimonio, vel eius occasione consecuti sunt, reservare l. fœminæ 3. l. generaliter 5. C. de secun: nupt. Nov. de nuptiis c. si vero expectet 23.

2. Pro æqua portione d. Nov. de nuptiis c. venient autem 25. licet parentis heredes non fuerint d. l. generaliter 5. §. in his autem C. de sec. nupt. d. Nov. de nuptiis c. quoniam 26. §. & super.

3. Vsque adeo ut successionem filij præmortui in bonis defuncti, defunctæve parentis ab intestato contingentem, reliquis filiis restituere teneantur l. fœminæ §. illud etiam C. de sec. nupt. d. Nov. de nupt. c. hinc nos 46. §. si autem 2.

4. Non tamen eam quam ex testamento fuerint consecuti d. nou. de nupt. c. hinc nos 46. §. si igitur 1.

5. Nisi quantum ad lucra nuptialia attinet: nam quocunque casu ea liberis servare coguntur d. nov. de uupt. c. hinc nos

46. §. si autem 2. c. & quoniam 47. §. illud autem 1. Nov. de non eligen. sec. nub. 2. c. cum igitur 3. §, ante nuptiali ult.

6 Nisi quatenus lucrantur ex pacto non existentium liberorum Nov. de non elig. 2. c. hoc autem 2. & Nov. de nuptiis 22. c. quoniam autem 26.

7 His privantur liberi propter ingratitudinem adversus parentes d. Nov. nupt. c. hinc nos §. ingratitudinem in fine.

8 Vel etiam adversus fratrem tribus de causis: si eum occidere voluerint, si eum criminis insimulaverint, si ei bonorum iacturam inferre conati sint d. Nov. de nupt. c. & quoniam 47. in pr.

9 Quod si quis filiorum prioris matrimonij præmoriatur relictis liberis, ad eos transmittit ius succedendi in prædictis rebus l. in quibus casibus 7. l. si quis 8. in pr. C. de secund. nupt.

10 Quin etiam ad quoscunque heredes ab intestato, & de his testari potest, si suæ sit potestatis d. Nov. de nupt. c. quoniam autem 26. in pr. ℣. unde Guid. Pap. q. 145. num. 5.

11 Quibus quidem ut utatur fruatur secundo nubens fideiubere debebit, & pro

restitutione mobilium, seu pecuniarium l. hac edictali §. his illud C. de sec. nupt.

12 Si fideiubere nolit, aut non possit, tunc res mobiles apud liberos manebunt, eisque, penes matrem existentes restituentur, dato ab eis fideiussore de usuris æstimationis solvendis, vel etiam pecuniæ, & de restituendo casu adveniente d. l. hac edictali 6. §. his illud ℣. vel certè C. de sec. nupt.

13 Sed & pro donatione ante nuptiali pecunia exigi non poterit, si nulla reperiatur in hereditate, sed tantummodo usuræ pecuniæ præstita cautione Nov. de non elig. 2. c. aliud vero 4.

14 Ad hæc pro iis restituendis statim omnia bona secundo nubentis sunt liberis obligata l. fœminæ in pr. ℣. nec quicquam. l. hac edictali 6. §. omnibus 2. C. de sec. nupt.

15 Quin etiam res alienatas liberi mortuo parente à possessoribus vindicabunt si extent, si non extent heredes eius convenient d. l. hac edictali 6. §. omnibus 2. l. generaliter 5. in pr. ℣. dominium autem C. de sec. nupt.

16 Ita tamen ut alienationes impedire

non possint l. si quis 8. §. ult. in fine C. de secun. nupt. Nov. de nupt. cap. sed quod 24.

17 Sed vindicantibus præscriptio non obest, nisi tricennalis à tempore quo suæ fuerunt potestatis d. Nov. de nupt. 22. c. sed quod 24.

18 Alienatio autem valet pro ea parte, quam ex donatione antenuptiali mater, vel ex lucro nuptiali pater, ex pacto non existentium liberorum lucratur Nov. de non elig. 2. c. hoc autem Nov. de nupt. cap. quoniam 26.

19 Quod si pater, vel mater à secundis nuptiis abstinuerint, habent in lucris nuptialibus, pro numero liberorum, etiam proprietatis iure portionem, de qua sola disponere possunt Nov. ut fratrum filij 127. c. quia vero 3.

20 In reliquis vero sibi mutuo relictis, liberum alienandi, disponendique sortiuntur arbitrium l. hac edictali 6. §. ult. C. de sec. nupt. Nov. de nuptiis c. nec illud 29. §. reliqua vero.

21 Et si quæ eorum non alienata reperiantur, neque de his specialiter disposuerint, ea poterunt liberi, etiam non adeun-

tes hereditatem, vindicare l. generaliter 5. §. ult. C. de sec. nupt. Nov. de nuptiis c. deinceps autem 20. §. si vero ult.

22 Nisi ob ingratitudinem fuerint à successione exclusi d. Nov. de nupt. c. 20. in fine & c. si quis enim 21.

23 Lucra autem nuptialia ex pluribus matrimoniis, liberis cuiusque matrimonij servanda sunt l. cum aliis 4. C. de sec. nupt. d. nov. de nupt. c. nec illud 29.

24 Coniux transiens ad secunda vota, non potest ullo modo in secundum coniugem plus transferre, quam reliquerit ei filiorum, cui minus dederit l. hac edictali 6. in pr. C. de sec. nupt.

25 Quod excedit pro non scripto, vel relicto habetur, & inter liberos prioris matrimonij ex æquo dividi debet d. Nov. de nupt. 22. c. optime 27.

26 Quin etiam vidua quæ susceptis ex priori matrimonio liberis, eisque superstitibus secundo nubit, vel servo, vel cum alio inæqualis conditionis viro. nihil potest matrimonij causa donare: quinimo ei bonis in totum interdicitur Hen. 3. 1579. art. 182.

27 At vero sive plura fuerint matrimo-

nia, siveunum tantum, donatio antenuptialis præmortua uxore ad virum revertitur, & eius manet, ita ut de ea prout libuerit disponere possit. Et vicissim dos, præmortuo viro, pleno iure ad mulierem revertitur l. si liberis 18. C. de donat. ante nupt. auth. pater eod. Novella leonis 20.

De constitutione dotis & donationis propter nuptias.

1 COnstante matrimonio dos, & donatio propter nuptias, possunt de novo augeri, & de novo constitui, & pacta de novo apponi, & vetera prorogari l. si constante 19. l. cum multæ 20. in pr. C. de donat. ante nupt.

2 Possunt & diminui, exceptis secundis nuptiis d. l. si constante 19. ℣. sed & si C. de donat. ante nupt. Nov. de nupt. 22. c. de augmentis 31.

3 Sed hæc æqualiter, & reciprocè ab utroque coniugum fieri debent auth. æqualitas C. de pact. conu.

4 Toleratur inæqualitas secundum loco-

rum consuetudinem, vel si iuvenis iungatur seni, vel nobilis, ignobili Guido Pap. q. 363.

5 Nec mulier ad lucra vocatur nisi solverit dotem, & pro modo solutæ dotis auth. sed quæ C. de pact. conu.

6 Nisi per maritum steterit quominus dos ei solueretur Nov. ut exactione instante dot. 91. c. illud quoque ult.

7 Vel nisi convenerit, ut donatio propter nuptias solvi debeat, dote soluta, vel non Guido Pap. q. 274.

8 Et cum habita fuit fides de dote Guid. Pap. q. 430.

9 Pater simpliciter dotem pro filia, vel donationem propter nuptias pro filio dans, si non exprimat nominatim de quo patrimonio, de suo id facere creditur l. si pater ult. C. de dot. promiss. l. profectitia 5. §. si pater 11. iuncto §. Papinianus 12. ff. de iur. dot.

10 Attamen si dotis promissio facta sit, tam de bonis paternis, quam maternis: ex utrisque æqualiter præstari debet Nov. leonis ut dotis prom. ex pat. aut. mat. 21.

11 Mater filiam dotare non cogitur, nisi ex magna, & probabili causa: neque pa-

ter de bonis uxoris dotare potest ea invita l. neque mater 14. C. de iur. dot. l. mater 34. ff. eod.

12 Ea volente potest l. sive uxor 34. ff. de don. int. vir.

13 Sed tunc refert quo nomine dederit suo, an uxoris: nam si suo, mulieri manet obligatus l. cum uxor 82. ff. de iur. dot.

14 Vt vero mater dotare non cogitur; sic nec avus maternus Gothof. ad l. si vero 9. ff. de in rem verso facit l. Caius Seius 45. ff. soluto mat.

15 Sed & neque pater naturalis l. uxorem 41. §. pater 11. ff. de leg. 3.

16 Et multo minus frater sororem, eam tamen inopem (si ex patre sit soror) & alere, dotare compellitur Guido Pap. q. 439. num. 7.

17 Et si credentes se teneri soluerint dotem, repetere non poterunt, quasi indebitum l. cum is 32. §. mulier 2. ff. de condict. indeb.

18 Pater dotem semel filiæ datam, ea rursus nubente minuere non potest, nisi substantia eius aliqua fortuita clade decreverit Nov. de æqualitate dotis 97. c. quia vero 5. l. post nuptias 28. ff. de iur. dot.

19 Itaque si filia volente pater, soluto morte viri matrimonio, exegerit dotem, eam apud se existentem propter adversam fortunam deminuere poterit, filia ad secundas nuptias veniente, vel etiam in ultima forte voluntate. At vero ne exigat filia prohibere potest vide infra de repet. dot.

20 Dos in priore matrimonio constituta, censetur in posteriori inter easdem personas repetita l. dotem 30. iuncta l. quod si 31. l. divus 40. l. stipulatio 63. l. post divortium 64. ff. de iur. dot.

21 Alioquin motrimonium sine dote esse potest, nec bona censenda sunt in dotem data, nisi dotalis constitutio praecesserit. Itaque ne repudij poenas effugerent coniuges nulla existente dote, vel ante nuptias donatione, disposuit lex ut divortium faciens sine legitima causa, vel repudij iustam praebens causam, quarta bonorum parte mulctaretur, ei coniugum acquirenda, qui iusta de causa repudiaverit, vel sine causa legitima fuerit repudiatus, liberis tamen illius mattimonij conservanda l. iubemus 11. C. de repud. Novel. de nupt. c. sed à nobis 18.

22 Ad hoec si non divortio, sed morte

alterius coniugum solvatur matrimonium; similiter & in hunc casum, vice lucri nuptialis inopi coniugi superstiti datur quarta pars bonorum prædefuncti, prædefunctæve coniugis Nov. de exhib. & introd. reis 53. c. quoniam 6.

23 Imo vero in utraque specie quarta quidem, si tres tantum sint liberi, vel ex illo, vel ex alio matrimonio, conceditur; at vero si plures sint liberi, tantum datur: quantum uni competit filiorum: proprietate illis liberis conservanda, qui ex eo fuerint procreati matrimonio, si qui sint, sin minus pleno iure dominium acquiritur Nov. ut liceat matri & aviæ 117. c. quia vero 5.

24 Novella leonis 106. inopi coniugi plenum tribuit dominium, nisi secundæ sequantur nuptiæ.

25 At vero ea bona quæ à muliere viro tradita reperiuntur, tunc cum nulla facta fuit dotis constitutio, censet esse dotalia, velut tacitè in dotem constituta Guid. Pap. q. 468. num. 3. & q. 499.

26 Ex quo infert nomina debitorum non comprehendi; quia non traduntur, sed ceduntur ibid.

27 Authoritate generalis, vel specialis curatoris dos, donatioque propter nuptias constitui, & exigi possunt l. mulier 28. C. de iur. dot.

28 Constitutio autem fieri debet pro modo facultatum, & secundum dignitatem coniugum l. quæro 6. ff. de iur. dot.

29 Alioquin quod ultra datum, vel promissum est, infirmatur l. sive generalis 61. ff. de iur. dot.

30 Neque curatori licet res adultæ vendere ut dotem constituat, nisi ei à iudice causa cognita permissum sit d. l. sive generalis §. 1. ff. de iur. dot.

31 Si autem curatores dotem constituere nolint, eos adulta per iudicem coget, ut constituant l. si curatores 9. C. de adm. tut.

32 Constante matrimonio dos permutari potest, si mulieri utile sit l. ita constante 26 ff. de iur. dot.

33 Et tunc res in locum dotalis permutata, dotalis efficitur l. quod si 27. l. quæ fundum in pr. l. Titia 62. ff. de iur. dot. l. si mulier 21. l. cum maritus 29. ff. de pact. dot.

34 Insinuatio donationis propter nuptias à coniugibus.

35 Factæ, constante matrimonio fieri potest l. cum multæ 20. §. similique modo ult. C. de donat. ante nupt.

36 Ea vero non facta mulier non læditur, non insinuans autem vir si competat nuptiale lucrum, eo non fruetur Nov. ut fratrum filij 127 C. illud quoque 2.

De petitione dotis.

1. DOs pacto nudo promissa, vel cum scriptura, vel sine scriptura, peti potest l. ad exactionem 6.C. de dot. prom.

2. Proque dote vel præstanda, vel restituenda hinc inde bona sunt tacite obligata, & stipulatio censetur interposita, etiam pro evictione l. un. §. & ut plenius 1. C. de rei uxor. act.

3. Itaque semper evicta re dotali, venit evictio l. 1. C.de iur. dot.

4. Idemque præstantur ex dote marito post biennium, quod litigatori post litem contestatam l. cum quidam ult.§. præterea ult. C. de jur. dot.

5. Sed

5. Sed illud ita demum ſi onera matrimonii ſuſtinuerit l. cum poſt 69. §. in domum 3. ff. de iur. dot.

6. Tali ſtipulatione facta, decem in anno proximo dotis nomine dare ſpondes? annus ex die nuptiarum, non ſtipulationis numerandus eſt l. tali 48. in pr. ff. de iur. dot.

7. Et ſocer ob dotem promiſſam conveniri non poteſt niſi in quantum facere poteſt, niſi ſit in dolo l. ſi de dote pen. ff. de iur. dot.

8. Qui in dotali inſtrumento plura confeſſus eſt recepiſſe, quam recepit, de reliquo quod non accepit agere poſtea poterit l. ſi voluntate 4. C. de dot. prom.

9. Secus ſi poſt dotale inſtrumentum ſcripto iterata confeſſio facta ſit l. in contractibus 14. §. ſed quoniam 1. C. de non num. pec.

10. Filia cui legata eſt dos quæ marito debetur, vel quæ alteri quilibet danti & ſtipulanti promiſſa eſt, eam legati nomine conſequentur, actione de dote marito, vel ei qui ſtipulatus eſt ſibi reddi, manente, ſi teſtamentorem duplicandi animum habuiſſe demonſtret l. cum pater 29. ff.

de jur. dot l. qui dotem 16. ff. de dote præl. l. 34. §. 5. ff. de leg. 2.

11. Actio quæ competebat marito ad petendam dotem sibi promissam, eo defuncto transit in uxorem Guido Papæ q. 375.

12. Si bis nuptæ, bis constituta fuerit dos, non utramque, sed ultimam tantum petere poterit Guido Pap. q. 375. num. 3.

13. Si par sit utraqne dos, vel si maior sit postrema: alioquin stare poterit mulier primæ cum eam minuere non liceat supra de const. dot. num. 18. 19.

De repetitione dotis.

1. DOs à patre, vel avo profecta, soluto morte filiæ matrimonio ad patrem, vel avum reverti debet l. dos 4. C. soluto mat. l. constitutionis 2. C. de bon. quæ lib. l. iur. succursum 6. in pr. ff. de iur. dot.

2. Sed illud intelligendum est, si filia sine liberis decesserit Guido Pap. q. 274. Gothof ad d. l. 4.

3. Nisi convenerit ut in matrimonio uxore defuncta dos penes maritum remaneret l. si convenit 6. C. de pact. conu. l. si pater 12. in pr. ff. de pact. dot.

4. Sic etiam donatio propter nuptias à patre profecta ad patrem reverti debet Guido Pap. q. 274.

5. Dos autem profectitia ea est quæ de bonis patris data est ab eo, vel eius procuratore, mandatario, negotiorum gestore l. profectitia 5. in pr. & §. 1. ff. de jur. dot.

6. A donatore d. l. profectitia §. quod si 2. ff. de iur. dot.

7. Curatore d. l. profectitia §. sed & 3. ff. de iur. dot.

8. Iudice d. l. profectitia §. sed & 4. ff. de iur. dot.

9. Fideiussore d. l. profectitia §. sed si 7. ff. de iur. dot.

10. Delegato d. l. profectitia §. sed si 7. ff. de iur. dot. & §. 8. 10. eod.

11. Licet pro filia emancipata data sit d. l. profectitia §. si pater 11. ff. de iur. dot.

12. Vel à patre adoptivo d. l. profectitia §. Iulianus ff. de iur. dot.

13. Vel à patre herede promittentis, si ante nuptias promissor decesserit d. l. profectitia §. si quis ult. ff. de iur. dot.

14. Et licet alienum fundum dederit in dotem l. iure succursum 6. §. si pater ff. de jur. dot.

14. Et licet alienum fundum dederit in dotem l. iure succursum 6. §. si pater ff. de iur. dot.

15. At vero dos per repudiationem patris constituta profectitia non est d. l. profectitia §. si pater 5. ff. de iur. dot.

16. Neque ea quam pater quasi fideiussor solvit d. l. profectitia §. si pater 6. ff. de iur. dot.

17. Neque cum pater constituit in dotem, quod ei donatum fuit in dotem, ut pro filia in dotem daret d. l. profectitia §. si quis 9. ff. de iur. dot.

18. Vel quod filiæ emancipatæ prius donaverat l. si res 51. ff. de iur. dot.

19. Dos etiam quam avus neptis nomine dedit à patre nec profecta esse creditur, nec ad eum revertitur l. avus 79. ff. de iur. dot.

20. Reliqui omnes dotantes mulierem

ad dotis repetitionem sine pacto venire non possunt, soli mulieri vel eius heredibus data repetitione l. ex morte 9. in fine C. de pact. conv. l. un §. accedit 13. C. de rei ux. act.

21. Pacto vero interposito mulieri non recte solvitur l. quoties 29. §. ult. ff. solut. mat.

22. Enimuero non dotans, muliere donandi animo permittente, stipulari potest dotem sibi reddi morte mulieris soluto matrimonio l. Seia 11. ff. de dot. præl.

23. Sed huiusmodi stipulatio transit in vim donationis causa mortis, & revocari potest d. l. Seia ff. de dot. præl. l. cum maritus 29. §. ult. ff. de pact. dot.

24. Cuius stipulationis dies cessit viro & uxore simul mortuis, nisi probetur uxorem supervixisse l. qui duos 9. §. si maritus 3. l. quod de 16. in pr. ff. de reb. dub.

25. Sed & stipulator mulieri superstes esse debet: alioqui stipulatio fieret caduca d. l. quod de pariter 16. iuncta l. idem est 17. & l. sed & 18. ff. de reb. dub.

26. Vt legatarius heredi l. idem est 17. de reb. dub.

27. Et substitutus ei cui fuit substitutus d. sed. & 18. ff. de reb. dub.

28. Si vero mulier alteri dotem reddi pepigerit, vel stipulata sit, non autem ipse pepigerit, vel stipulatus sit; nulla ei quæritur actio l. inter socerum 26. §. filia 4. ff. de poct. dot. l. pactum C. de pact. conu.

29. Si tamen dos ei tradita sit sibi acquiret, tradi tamen non debet, si mulier vetuerit: nam hoc pactum vim habet mandati, & secundum illud dos tradi potest, donec prohibitio intervenerit, vel revocatio secuta sit l. si cum 82. ff. de solut.

30. Hæc si sui iuris sit mulier: nam si sit in potestate patris, stipulatio non valet, nisi de cemmuni tam patris, quam filiæ consensu facta sit l. soluto 2. ff. solut. mat.

31. Pater autem dotem repetere non potest constante matrimonio; ne consentiente quidem filia, nec dissoluto ea invita l. filiæ 7. C. sol. mat. l. Titia 34. ff. eod.

32. Invita non est quæ sciens non contradixit l. soluto 2. §. voluntatem 2. ff. sol. mat.

33. Sed neque filia potest dotem exigere sine patre l. non solum 3. ff. solut. mat.

34. Si tamen exacta ad patrem pervenerit, actio patris perimitur d. l. non solum ff. sol. mat.

35. Vt & actio filiæ, si dos à patre exacta, alteri filiæ marito eius nomine data sit l. si pater 4. ff. sol. mat.

36. Et si tantundem à patre habuerit l. si cum 22. §. si pater 3. ff. sol. mat.

37. Alioqui solvens patri, vel alij non liberatur l. 34. §. 5. ff. de leg. 2.

38. Sed habet condictionem indebiti adversus recipientem l. qui hominem 34. §. si gener. 6. ff. de sol.

39. Nisi ab initio cum daret dotem pater, eam sibi reddi stipulatus sit l. quoties 29. in pr. ff. solut. mat.

40. Nam hic pactum non sufficeret l. avia 6. C. de iur. dot.

41. Imo licet stipulatio simpliciter interposita sit à patre, attamen neque sic dotem sine filia repetere potest l. un. §. & hoc C. de rei ux. act.

42. Hodie itaque sive pater stipulatus sit, sive non, idem erit; nec nisi de voluntate filiæ dotem exigere poterit: & mortuo patre non repetita dote, sola filia habebit actionem. Nam sic erat in

rei uxoriæ actione, cuius naturam induit ex stipulatu actio per hanc Justiniani legem. Excipe si pater ita expressè stipulatus sit dotem ad se soluto matrimonio reverti, ut de ea possit, sicut de reliqua sua substantia vel inter vivos, vel in ultima voluntate disponere. Nam tunc cum non sit absoluta alienatio, & quilibet possit alienatio rei suæ modum, vel conditionem qui standum sit imponere: crediderim ex vi stipulationis, & conventionis dotem absolutè ad patrem redire. Adde infra eod. num. 50. 51.

43. In eum scilicet casum in quem stipulatus sit l. si cum dotem 22. in pr. ff. sol. mat.

44. Vt autem patri sine filia non recte solvitur dos: sic nec filiæ sine patre, nisi ex iusta causa d. l. si cum dotem 22. §. si post 1. ff. solut. mat.

45. Veluti si pater sit turpis persona, & decoctor d. l. si cum pater §. nec non ff. sol. mat.

46. Si pater sit furiosus: sed tunc curator adhiberi debebit, vel satisdatio de rato d. l. si cum dotem §. si soluto 10. ff. sol. mat.

47. Si pater sit absens propter reatum, vel si captus sit ab hostibus, sed & hic de rato filiæ cavere debebit d. l. si cum dotem §. si patri 4. §. idem 11. ff. sol. mat.

48. Consensus ante litis contestationem revocatus, non valet d. l. si cum dotem §. eo autem 5. ff. sol. mat.

49. Pater, & filia dissentientibus, iudicis arbitrium necessarium est d. l. si cum dotem §. nec non 6. ff. sol. mat.

50. Pater autem non potest stipulari, dotem extraneo reddi l. si genero 26. C. de iur. dot.

51 Potest tamen pacisci ut se mortuo filio suo reddatur, & mortuo filio eius heredi l. si ita 9. l. pater 23. ff. de pact. dot.

52 Sed nec ipsi uxori constante matrimonio restitui potest: si restituatur cum fructibus interim perceptis repetetur l. un. C. si const. mat. dos sol. fuer.

53 Imo non repetetur, si maritus sit non solvendo l. quod nomine 8. iuncta l. nam & maritus 9. ff. de cond. ind.

54 Tunc enim etiam constante matrimonio mulier potest dotem, donationemque propter nuptias exigere, & hypothecaria agere sicut posset matrimonio dissolu-

to l. ubi adhuc 29. & auth. donationem C. de iur. dot. c. 5. de pignor.

55 Sed & potest dos reddi, atque etiam alienari, & consumi ob has causas: ut inde mulier se suosque alat, atque egentem virum l. mutus 73. §. manente ff. de iur. dot.

56 Vt fundum idoneum emat d. l. 73. §. manente ff. de iur. dot.

57 Vt creditores suos dimittat l. ult. ff. de iur. dot.

58 Pro debito ante matrimonium contracto: nam si post dotis constitutionem debitum fuerit ab uxore contractum, pro eo executio fieri non posset in bonis dotalibus vivente marito Guido Pap. q. 447.

59 Ad necessarias personas ab hostibus redimendas l. quamvis 20. ff. sol. mat.

60 Vel à latronibus, vel vinculis liberandas l. sed & 21. ff. sol. mat.

61 Dissipaturo marito aufertur uxore furente & sequestratur, ut inde mulier habeat alimenta, & eius familia l. si cum dotem 22. §. sin autem 8. ff. sol. mat. & §. item pater 9. ibid.

62 Denique ut propter inopiam mariti dos exigitur: sic etiam eadem de causa ma-

ritus à petitione dotis repellitur, nisi idoneè caveat c. 7. de don. in. vir. & ux.

63 Sed tunc demum cum uxor impedit, vel is solvere recusat cuius periculo dos est. debitotem vero solum non habere ius excipiendi de paupertate mariti crediderim: quia eius nihil interest, cum non de dote. sed de mutuo actione teneatur. & solvendo ei qui exigendi potestatem habet plenè liberetur. Mulieri enim maiori 25. annis imputatur, quod maritum vergentem ad inopiam pro redhibenda dote non convenerit Nov. de æqualite dotis 97. c. illud quoque 6.

64 Quin etiam uxor ut utatur beneficio sibi à iure concesso cogenda non est, nec bonorum separatio introducenda est ea non postulante: cum præserrim existimationi fideique mariti deroget, *αὐτὴ δ᾽ ἴσως (φρονεῖ γὰρ ὡς γυνὴ μέγα) τὴν δυσγένειαν ἀσχύνεται*, Sophocles in Oediptotyranno. Nec obest illud capitulum; nam ibi obstabat res iudicata, atque adeo maritus separatus erat ab uxore. nec cum ea degebat: iccirco ei recte solutio denegabatur quasi revocata exigendi potestate, & re

in pristina causa amplius non existente.

65 Si dotem à patre datam maritus dissipaverit, mortuusque sit non solvendo: pater, vel eius heredes iterum dotare filiam tenetur: & sic dos perit patri, nisi filia sit emancipata, & maior 25. annis: tunc enim ei nocebit quod iuris beneficio non sit usa, dotemque à marito vergente ad inopiam non repetierit Nov. de æqual. dot. 47. c. illud quoque 6.

66 At vero si inter socios pactum intervenerit, ut eorum filiæ de communi pecunia dotarentur, si quæ sic dotata fuit, soluto matrimonio, propter inopiam mariti dotem recipere non possit, non ei denuo de societate dos constituetur, nisi ita nominatim convenerit l. si socius 81. ff. pro soc.

67 Si simplex fuerit societas at vero si specialis omnium bonorum, etiam non interveniente pacto, denuo constituetur de communi: quia in ea omnia damna, ut etiam lucra communia sunt, omnesque expensæ communioni imputantur l. si societatem 73. l. cum duobus 52. §. socium cum seq. ff. pro soc.

68 Res dotales immobiles statim soluto

matrimonio sunt restituendæ: mobiles vero post annum, alioquin usuræ, fructusque debentur l. un. §. cum autem 7. C. de rei uxor. act.

69 Restituendæ autem soli mulieri patre mortuo, licet in contractu matrimonij dotem sibi restitui fuerit stipulatus d. l. un. §. videamus 11. C. de rei uxor. act.

70 Potest & restitutio mobilium competere ante annum, si ita convenerit l. de die 14. iuncta l. id est 15. ff. de pact. dot.

71 Pactum autem ut dos citeriore die reddatur, nullius est momenti l. ut autem 16. iuncta l. Attilicinus 17. ff. de pact. dot.

72 Nisi post solutum matrimonium pactum intervenerit l. licet 18. l. aliud 19. l. ob res 20. in pr. ff. de pact. dot.

73 Sed & legata dos statim repeti potest l. 1. §. & verum est 2. & §. idem quærit 12. l. cum quis 2. §. mulier ff. de dote præl.

74 In his rebus si extent vindicandis, sive æstimatæ, sive inæstimatæ sunt, soluto matrimonio, vel in casum inopiæ mulier omnem habet etiam contra anteriores

mariti creditores prærogativam .l in rebus 30. C. de iur. dot.

75 An & contra tertium possessorem, & non discussis bonis mariti? In re immobili non æstimata hoc sic observatur, sine ulla dubitatione: idem & cum æstimata fuit: nam mulierem ad instar venditoris vel creditoris in emptionem rei ex vi hypothecæ quam habet crediderim exigendi privilegium habere: ita tamen ut rem retinere non possit, si ei summa æstimationis in contractu dotali factæ offeratur. cum res non sit in dote, sed pecunia: nec res debeatur sed pecunia ut infra num. 93.

76 Ita etiam posterior creditor soluens mulieri, dotem repetenti propter mariti inopiam ab ea res hypothecæ datas avocat. Nam hodie mulier aliorum pene creditorum sortem, conditionemque sequitur, nec in hypotheca bonorum mariti anteriori præfertur creditori.

77 Quantum vero ad mobilia absolutè æstimata, nulla competit persecutio iure hypothecæ contra tertium possidentem ex generali Galliæ consuetudine.

78 Hypotheca autem dotis, & donationis propter nuptias incipit à constitutio-

ne dotis, non autem solutionis ipsius l. 1. ff. qui pot. in pign.

79 Et si plures fuerint constitutiones à tempore cuiusque constitutionis, non autem primæ tantum l. si constante 19. C. de donat. aut nupt.

80 Quod speciale est in dote: nam in reliquis obligationibus, quæ re contrahuntur, contractus celebratus non est completus, nisi post rei interventum: sed est in pendenti, quemadmodum obligatio fideiussoris futuræ obligationi adhibiti, donec obligatio contrahatur. Et ideo hypotheca non attenditur, neque vires habet, nisi à die numerationis, seu traditionis ipsius rei, sed & neque ipsum tempus stipulationis attenditur, sed numerationis l. 1. in fine ff. qui pot. in pign. l. si quis 3. §. ult. iuncta l. quia 4. & l. ergo 5. & l. contra 6. ff. ad Maced.

81 In contractibus autem qui re non contrahuntur, cum obligatio statim nascatur, statim etiam valet hypotheca, & à die ipsius obligationis.

82 Mulier à marito heres instituta ad instar aliorum debitorum de hereditate dotem detrahit: in reliquis consequitur fal-

cidiam l. unic. §. igitur 8. Cod. de rei ux. act. l. 77. §. 12. de leg. 2. l. cum heres 51. ff. ad Trebell.

83 Eodem modo & socer à genero suo heres institutus l. ab omnibus 104. §. ult. ff. ad Treb.

84 Et filius à patre heres institutus dotem uxoris suæ vel filij sui l. 20. §. 2. l. 46. 51. ff. fam. erc. l. uxor 2. C. eod.

85 Nisi expressè & specialiter fuerit expressum ne dotem detrahat: tunc enim non detrahet, si quarta ad dotem sufficiat l. Lucius 78. §. maritus 14. ff. ad Treb.

86 Eodem modo legatum fundi dotalis à muliere herede instituta valet, si mulier deductis legatis quantitatem dotis in hereditate habitura est: sin minus tantum ex fundo retinebit, quantum deerit quantitati dotis l. dotale 13. §. ult. ff. de fundo dot. l. cum quis 2. ff. de dot. præleg.

87 Eorum quæ mulier propter dotem sibi debitam ex re mariti defuncti possedit, fructus reputantur in sortem deductis usuris l. Titia 48. ff. de solut.

88 Dos peti potest quæ nunquam numerata fuit, quam maritus donandi animo se confessus est recepisse, si morte donatio confirmata

confirmata sit l. quod de suo 2. C. de dot. cav.

89 Alioquin dos peti non potest, quæ numerata non probatur l. 1. C. de dot. cau.

90 Et confessio receptæ dotis sine realitate nulla est Papo tit. de oblig. nul. art. 3.

91. Sed contra eam excipere oportet intra annum à die matrimonij dissoluti, si biennium tantum duraverit matrimonium à tempore quo huiusmodi facta fuit confessio: si vero decennium, intra tres menses querela permittitur: si decennium transcurrerit, omnino querela denegatur l. in dotibus ult. C. de dot. cau. iuncta Novell. de temp. non sol. pec. sup. dot. 100.

92. Nisi minor ætas suffragetur d. nov. 100. c. generaliter 2.

93. Res æstimatæ in dotem datæ mariti efficiuntur propriæ, neque eas soluto matrimonio restituere, sed earum pretium solvere cogitur l. quoties 5. l. cum dotem 10. C. de iur. dot. l. ex conventione 11. C. de pact. l. cum post 69. §. in dotem 6. ff. de iur. dot. l. æstimatæ 51. ff. sol. mat.

94. Nisi hoc ita speciali pacto conve-

O

nerit: vel sibi mulier electionem reservaverit accipiendi, vel rem, vel pretium l. quod si 11. ff. de fun. dot. l. si æstimata 1. Cod. eod. l. plerunque in pr. & §. 1. iuncto §. ult. & l. 11. l. cum post 69. §. cum res 7. ff. de iur. dot. l. si inter 21. C. eod. l. æstimatas 50. ff. sol. mat. l. uxor. ult. in pr. ff. de pact. dot. instit. quib. alien. lic. l. un. §. & cum pen. C. de rei ux act.

95. Pretium autem solvet maritus ab initio constitutum, nisi aliud convenerit l. si pater 12. §. pen. & ult. & l. item 13. ff. de pact. dot.

96. Verum neque pretium præstabit si res sine culpa sua evictæ fuerint l. Mævia 49. ff. solut. mar.

97. Tam marito, quam uxori in rei dotalis æstimatione deceptis, succurritur si res extant: alioquin pretium quod dotali instrumento inditum est considerabitur l. si circunscripta 6. C. sol. mat. l. iure succursum 6. §. si in dote ult. l. si res æstimata 12. §. si mulier 1. ff. de iur. dot. l. quod autem 7. §. si maritus 5. ff. de don. int. vir. & ux.

98. Quod debitor mulieris viro dotis

nomine promisit, ipsius est mariti periculo l. vir 49. ff. de iur. dot. l. si extraneus 33. in fine eod.

99 Nisi donandi animo debitorem, qui non erat solvendo maritus susceperit l. cum vir 53. ff. de iur. dot.

100. Atque adeo nisi mulieris iussu debitorem maritus liberaverit l. debitor 36. iuncta l. non enim 37. & l. sane 38. ff. de jur. dot.

101. Vel cum debitor qui sub conditionis eventum factus sit non solvendo l. promittendo 41. §. si à debitore 3. ff. de iur. dot.

102. Idem est & si marito nihil possit imputari l. si is 56. ff. de iur. dot. l. Mævia 49. ff. sol. mat.

103 Quod vero pater, vel extraneus, vel ipsa mulier promisit, mariti periculo non est l. si extraneus 33. ff. de iur. dot.

104 Nisi postea maritus nomen secutus usuras exegerit l. cum dotem 71. ff. de iur. dot.

105. Vel nisi ab eorum heredibus non exegerit l. ob res 20. §. ult. ff. de pact. dot.

106. Nam marito licet non imputetur,

quod patrem, vel extraneum donandi causa dotem constituentem, ad soluendum non coëgerit, tamen ei imputatur si ab eorum heredibus non exegerit: quia favor constituentium cessat in eorum heredibus.

107 Vel nisi contrarium pactum intervenerit l. Pomponius 6. ff. de pact. dot.

108 Vel vir novandi causa sibi stipulatus sit l. dotem 35. ff. de iur. dot.

109 Vel dotem acceptam fecit iniussu mulieris l. in his rebus pen. §. si vir. pen. ff. solut. mat.

110 Res qnoque in dotem datæ, quæ pondere numero mensura constant ipsius sunt mariti periculo postquam ei traditæ sunt, vel si sit in mora accipiendi l. res 42. l. si rem 14. iuncta l. quod si 15. ff. de iur. dot.

111 Mortua uxore maritus non lucratur dotem nisi ex pacto l. un. §. illo proculdubio 6. C. de rei ux. act.

112 Pactum autem de retinenda dote in casum existentium liberorum, porrigitur etiam ad liberos ante pactum natos l. si inter 24. ff. de pact. dot.

113 Si à patre obmissa fuerit retentio

filii agere poterunt l. inter 26. §. vir 1. ff. de pact. dot.

114 Pactum vero de restituenda dote in casum non existentium liberorum, ita intelligitur, ut restitutio fieri non debeat si liberi supersint l. inter socerum 26. §. cum inter 2. ff. de pact. dot.

115 Ita demum autem ex hoc pacto maritus luctatur, si uxor non supervixerit d. l. 26. in pr. ff. de pact. dot.

116 Nam si supervixerit nihil lucratur maritus, neque si de hoc pactum intervenisset l. si convenerit 2. ff. de pact. dot.

117 Sed & pactum dotali instrumento appositum, ut maritus lucretur bona uxoris, quæ in dotem data non sunt, nullius est momenti l. hereditas 5. C. de pact. conu.

118 Maritus in quantum facere potest. condemnatur, licet solidum constituerit l. nec maritus 8. C. sol. mat. l. quod si in pr. de constit. pec.

De donationibus inter virum & uxorem.

1 DOnatio inter virum & uxorem non valet, nisi morte confirmata fuerit ipsius donantis, superstite ea persona in quam collata fuit donatio l. 1. 3. 6. 10. 14. 18. 20. ult. C. de donat. int. vir. & ux. l. 5. in pr. & §. 1. 3. 4. 5. 6. 7. ff. eod.

2 Sed nec inter eas personas, quæ coniunctos habent in potestate donatio valet, invicem facta, vel cum eis qui in eorum sunt potestate l. nec inter 4. l. si ut proponis 5. C. de donat. inr. virum l. cum hic status 32. §. oratio 16. & seq. usque ad 22. ff. eod.

3 Nisi cum aliis simul personis facta est: nam tunc etiam quantum ad personas prohibitas valebit donatio, si res sit individua, nec separationem patiatur l. si sponsus §. generaliter 2. ff. donat. int. vir.

4 Morte autem donatio confirmatur naturali tantum, non etiam civili l. sed si

mors 13. §. proinde ff. de donat. int. vir. & uxor.

5 Et insinuatione indiget l. donationes 25. C. de donat. int. vir. & ux.

6 Vel confirmatione ultimæ voluntatis, quæ non retro trahitur, licet donatio morte confirmata, quæ fuit insinuata, ad illud tempus referatur quo fuit conscripta d. l. donationes 25. C. de don. int. vir.

7 Et licet donatio mortis causa inter coniuges facta, ad id tempus reducatur, quo facta fuit l. si mortis 40. ff. de mort. cav. don.

8 Itaque eiusmodi donatio nocet posteriori creditori, non autem priori l. si quidem 14. l. si non 15. C. de don. int. vir.

9 Quid si simul decesserint, ita ut non appareat quis prior, donatio nihilominus valebit: sufficit enim donantem non supervixisse l. cum hic status 32. §. si ambo 14. ff. eod.

10 Cum autem de eiusmodi revocanda donatione agitur, si res extat vindicatur. si non extat condictio adversus eum. eamve cui donatum est, vel heredes eius competit, in quantum locupletior factus, vel facta reperitur tempore litis contestatæ:

id est repetitur id quod tunc temporis versum reipsa manet in patrimonio eius cui fuit donatum l. si sponsus 5. §. in donationibus ult. iuncta l. quia 6. & l. quod autem 7. in pr. ff. de donat. int. vir. l. de his 17. C. eod.

11 Nam ob id, quod ita consumptum est, vel in eadem, vel in alia specie, ut nihil ex eo remanserit, nulla competit actio, licet donatarius, nisi rem donatam consumpsisset, tantundem de suo fuisset erogaturus. l. quod autem 7. l. si cum mulier 50. l. si id in pr. & §. si ex 3. & §. quod si 4. cum duob. seq. l. sed si vir. 31. §. si vir 8. & §. non videtur 9. & §. ult. ff. de don. int. vir. l. si fructus 8. l. sicut 11. l. si propriis 21. C. eod. l. fructus 45. ff. de usur.

12 Nec venit id quod ob rem donatam fuit acquisitum, veluti usuræ perceptæ propter pecuniam donatam, licet vel tota res donata, vel aliquid ex ea consumptum fuerit l. quid ergo 16. ff. de donat. int. vir.

13 Idem quantum ad fructus perceptos ex prædiis donatis l. de fructibus 17. ff. de don. int. vir. l. fructus 45. ff. de usur.

14 Revocatur autem hæc donatio pœnitentia donantis l. cum hic status 32. §. ait oratio 2. & §. pænitentiam 3. & §. sed ubi 4. ff. de donat. int. vir.

15 Divortio d. l. 32. §. 10. 11. 12. ff. eod.

16 Speciali hypotheca, & qualibet alienatione d. l. 32. §. si maritus ff. de donat. int. vir. l. si maritus 12. C. eod.

17 Et qualicunque voluntatis mutatione l. si non verum 15. C. de donat. int. vir. c. ult. eod.

18 Reatu vero prius celebrata donatio non extinguitur l. res uxoris 24. C. de don. int. vir.

19 Non comprehenditur fideicommisso, nisi coniux coniugis fidei nominatim commiserit, ut & donata restituat l. 68. ff. de leg. 2.

20 Sed & donatum ad pias causas, ut semel in eas applicatum est, revocationi non subiacet l. si sponsus 5. §. concessa 8. iuncto §. hæc res & tribus seq. ff. de donat. int. vir. & ux.

21 Neque repudiatio hereditatis d. l. si sponsus §. si maritus 13. ff. de don. int. vir.

22 Vel legati, donationis causa d. l. si sponsus §. simili 14. ff. de don. int. vir.

23 Neque omissio quartæ, quæ ex Trebelliano deduci poterat d. l. si sponsus §. si quis 15. iuncto §. cum igitur ff. de don. int. vir.

24 Neque donatio coniugi ab aliquo extraneo facta loco, & vice coniugis id donandi animo suadentis l. sed si vir. 31. §. quod legaturus 7. ff. de donat. int. vir.

25 Neque donatio ad refectionem ædium incensarum l. quod si 14. ff. de donat. int. vir.

26 Et si sibi invicem coniuges donaverint admittitur compensatio l. quod autem 7. §. si vir. l. si quis 21. §. ult. ff. de don. int. vir.

27 Item donatio ob bene merita valet usque ad mensuram meritorum Guido Pap. q. 95.

28 In paraphernis vir nullam habet uxore prohibente communionem, neque ea attingere debet l. hac lege 8. C. de pact. conv. si ego 9. §. ult. ff. de iur. dot.

29 Si de iis aliquid consumpserit donante uxore, non tenetur nisi in quantum locupletior factus fuerit: quod si ea invita

in solidum tenetur l. de his 17. C. de donat. int. vir. vide Guid. Pap. q. 468.

De Tutoribus & Curatoribus.

1. PEtendi filiis tam legitimis, quam naturalibus tutores, non etiam curatores necessitas matribus intra annum imposita est l. in locum 3. l. matris pietas 6. l. matres ult. C. qui pet. tut. l. matris 1. l. si minores 2. ff. eod.

2. Alioquin eorum successione privantur, si in pupillari ætate decedant d. l. si minores §. alij igitur 1. & §. quæ autem 2. l. credendum ult. ff. qui pet. tut. §. pen. inst. de sen. Tertul.

3. Nisi propter legitimum impedimentum sint excusandæ l. cum à matribus 8. l. cum iure 9. C. qui pet. tut.

4. Et ob id adultorum successione non excluduntur l. matres 3. C. ad Tertull.

5. Idem & in aliis ab intestato successuris, vel ad successionem vocatis l. sciant 10. C. de leg. her.

6. Quod si lacessiti non petierint, iudex à lacessente compellatus procedet ad

dationem tutoris l. si minores §. si quidem 3. ff. qui pet. tut. l. nepotibus 10. C. eod. l. quod dicis 6. C. qui dare tut.

7. Dari autem debet à proprio loci iudice tutoris, qui ibidem domicilium habet, alioquin iudici perperam tutorem danti impunè non paretur. l. neque 5. l. si sororis 9. C. qui dare tut. l. scire 13. §. ult. ff. de excus. tut.

8. Si tamen ibi non reperiantur idonei tutores, poterunt ex vicinis locis eiusdem Provinciæ idonei perquiri, & eorum nomina præsidi Provinciæ mitti l. quod dicis 6. C. qui dare tut. l. divi 24. ff. de tut. & cur. dat. l. 1. §. si quando 10. ff. de mag. conu.

9. Alioquin tutori dato competit excusatio, ob id quod bona sint sita in alia Provincia l. testamento 11. C. de excus. tut.

10. Sed & conferri debet tutella proximiori masculo: nam mulieres prohibentur à tutela, excepta matre & avia, quæ omnibus aliis præferuntur, exceptis testamentariis tutoribus: sed velleiano renunciare debent Nov. de hered. ab intest. ven. 118. c. ex his autem 5.

11. Quod etiam obtinet in naturalibus liberis l. ult. C. quan. mul. tut. off.

12. Nec ideo minus admittuntur quod debeant vel quod eis debeatur Nov. ut sine prohib. matres 94. c. quia vero 1.

13. Nec iurare tenentur de secundis nuptiis non ineundis: sed statim atque eas contraxerint à tutela expelluntur d. Nov. ut sine prohib. mat. 94. c. 2.

14. Et si non reddita ratione contraxerint, bona secundi viri sunt obligata pro reliquis administrationis l. si mater 6. C. in quib. cau. pig. Nov. de nupt. 22. §. si autem 40.

15. Excepta autem matre & avia cæteris omnibus qui minoribus sunt obligati, vel quibus minores ipsi obligati sunt, interciditur tutelæ vel curæ administratio Nov. ut hi qui perhib. oblig. se hab. 72. c. hæc omnia 1. & c. ut autem 3.

16. Alioquin si quid tale esse sciant, nec declarent, & administrationem suscipiant, iure suo cadunt d. Nov. 72. c. si vero 4.

17. Nisi quantum ad illum, qui testamento datus fuit tutor à testatore, qui non ignorabat eum esse creditorem: quia

eius fidem approbavit Guid. Pap. q. 144.

18. Quod si post delatam administrationem hoc ipsum de novo contingat: non quidem removebuntur, sed eis curator adiungetur d. Nov. ut hi qui oblig. 72. c. sed & si 2.

19. Denique actionem administratori, sive durante, sive etiam finita administratione contra minorem cessam, nec ipse etiam cura deposita, nec qui cessit persequi potest, sed minoris lucro cedit d. Nov. 72. c. quod si quis 5.

20. Tutor tutorem habenti non datur, sed curotor causâ cognita, ut puta propter absentiam reip. causa, substituitur: cuius onus finitur ipso iure, absente reverso, sed tutius fecerit substitutus in locum absentis, si per iudicem reluctantem reversum compulerit, administrationem intermissam suscipere l. 1. 2. C. in quib. cas. tut. vel cur. hab. §. item qui 2. instit. de excus. tut.

21. Si vero reversus non fuerit absens, onus substituti durabit usque ad pubertatē pupilli l. quæsitum 12. ff. de tutel.

22 Nam curator pro tutore datus, ultra pubertatis tempora administrationis peri-

culo non astringitur l. 1. C. quan. tut. vel cur. esse des l. potuit 2. C. in quib. cas. tutor hab. l. curatorem 25. ff. de tut. vel cur. datis.

23. Adiungitur & tutori curator propter latè diffusum patrimonium l. propter 3. C. in quib cas. tut. hab.

24. Et propter augmentum facultatum l. cum ob augmentum ult. *C.* in quib. cas. tut. vel cur. hab.

25. Solet & alius tutor substitui in locum suspecti, vel excusati, vel defuncti, vel relegati tutoris l. licet 4. *C.* in quib. cas. tut. hab.

26. Propter absentiam autem aliam quam reip. causa, alius in locum vel tutoris, vel curatoris substitui non solet, sed absens de damno minoris, tenetur l. curatorem 10. *C.* qui dare tut.

27. Tutori dato nec excusato administrandi necessitas imposita est l. tutor 19. *C.* de adm. tut.

28. Ita ut etiam cogi possit l. præses *C.* de susp. tut. l. quis 9. ff. de muner. & honor.

29. Et periculo administrationis obnoxius est l. pater *C.* de hered. tut. l. excusa-

tionis 3. l. quamquam 15. *C.* de excus. tut.

30. Qui tamen ignorans se tutorem datum non administravit, non tenetur l. & si 8. *C.* de adm. tut. l. si tutor 5. *C.* de peric. tut. l. ita autem 5. ff. de adm. tut.

31. Intra 50. dies à tempore notitiæ à tutela, seu cura debet excusatio proponi l. quinquaginta 6. *C.* de excus. tut. l. scire 13. §. 1. cum seq. ff. de excus. tut.

32. Quibus elapsis nihilominus curator adiungi poterit ob late diffusum patrimonium l. testamento 11. *C.* de excus. tut.

34. Et datus tutor seu curator appellare non habet necesse, sed excusationes proponere potest intra 50. dies: si vero rejectæ fuerint excusationes, appellationis remedium est necessarium l. scire 13. in pr. ff. de excus. tut.

35. Exactores tributorum à tutelis vocationem habent l. exactores 10. *C.* de exc. tut.

36. Et qui res fisci administrant: quinimo sunt prohibendi §. item 2. instit. de excus. tut.

37. Nec non etiam conductores vectigalium fisci l. semper 5. §. conductores 10. ff. de iure immun.

38.

38. Communio autem non excuſat. l. quod res 21. C. de exc. tut.

39. Excuſatus injuſtè nihilominus periculum adminiſtrationis ſuſtinet l. ſi abſentibus 1. & l. ſi ut proponis ult. C. ſi cut. vel fal. all.

40. Et poſt ſuſceptam adminiſtrationem non valet excuſatio l. tutores C. ſi tutor vel curat fal. all.

41. Nec cauſa excuſationis poſtea ſuperveniens prodeſt l. ſemper 5. §. hoc circa 7. ff. de iure immun.

42. Nam qui munus agnovit excuſationi renuntiaſſe cenſetur l. prætor pen. §. ſi poſt ult. ff. de vacat mun. l. curator 1. §. curam ff. de oper. publ.

43. Si ſub certa conditione, conditio ei ſervanda eſt l. ſi qui 2. in pr. ff. de iur. immun.

44. Abſuturi reip. cauſa ad tempus, ſe excuſare debent, ne etiam medij temporis periculo ſint obnixij l. qui tutores 1. C. ſi tut. vel cur. reip. cau.

45. Presbyteri excuſantur à tutella: volentes tamen cognatorum ſuorum tutelam ſuſcipere poſſunt: Epiſcopi vero & Monachi, neque volentes cuiuſpiam tutores,

vel curatores esse possunt l. generaliter 52. C. de Episc. & Cler. auth. Presbyteros eod Nov. de sanctiss. Episc. 123. c. deo autem 5.

46. Tutor, seu curator ad administrationem accedere non debet, nisi prius inventario publicè confecto l. de creationib. 27. C. de Episc. aud. l. tutor qui repertorium 7. in pr. ff. de adm. tut.

47. Nisi testator specialiter inventarium conscribi vetuerit l. veteris ult. §. ullo proculdubio. ult. C. arb. tut.

48. Vel iudex ex iusta causa Guido Pap. q. 352.

49. Vel nisi sit consuetudo ut nullum fiat inventarium Guido Pap. q. 352.

50 sed & ab eis gesta in iudiciis vel extra, tolerantur, licet non constet de inventarij confectione Guido Pap. q. 330.

51. Eorum bona pro gestis & gerendis sunt tacitè obligata l. pro officio 20. C. de adm. tut.

52. Curator furiosi habentis dilucida intervalla, etiam tunc curator est, sed tantisper administrare non potest l. cum aliis 6. C. de cur. fur.

53. Furioso namque ad mentis sanitatem,

vel prodigo ad bonam frugem revocato, ſtatim expiras officium curatoris ibid. & l. 1. in pr. ff. de cur. fur. vide tamen Guid. Pap. q. 260.

54. Dummodo tutor author fuiſſe probetur, parum refert quod non ſubſcripſit l. non multum 14. iuncta l. inter pupillos 20. ff. de adm. tut.

55. In omnibus actibus unius pro omnibus ſufficit tutoris authoritas, niſi diviſa ſit adminiſtratio: nam tunc pro ſua quiſque parte authoritarem debet interponere l. veterem C. de auth. præſt. l. pupillus 5. in pr. ff. eod. l. conſilio 7. §. ult. ff. de cur. fur.

56. Omnes tamen, ſi ſimul adminiſtraverint, edere tenentur rationes adminiſtrationeis l. ſi quis §. congentur 2. ff. de eden.

57. Omneſque tutores eiuſdem minoris, ſeu heredes eorum, ad eundem iudicem ire debent l. omnes 5. Carb. tut. l. ult. l. ff. de quib. reb. ad eund. iud. eat.

58. Sed & ſolvens tutori ſeu curatori cuilibet etiam non gerenti, liberatur l. ait prætor. 7. §. ſed & 2. ff. de min. l. quod ſi forte 14. §. ſunt. quidam 1. ff. de ſolut.

59. Quinimo ipſi minori de præcepto

P 3

iudicis d. l. ait prætor. 7. §. sed & 2. ℣. quid tamen ff. de min.

60. Quia negotiis pupillaribus explicandis, tantum facit iudicis authoritas, quantum tutoris l. bonorum 7. C. qui adm. ad bon. poss.

61. Extra vero omnem controversiam, & plenissime liberatur, si cum ipso tutore, seu curatore etiam iudicem adhibeat l. sancimus 25. C. de adm. tut. l. constitutionem 27. C. eod. §. sed hoc. etiam instit. quib. alien. licet.

62. Tutores seu curatores iuri suo non officiunt, authoritatem suam pro minoribus interponentes §. si tutor 4. & §. sed si 5. instit. de inoff. test. l. tutorem 22. ff. de his quæ ut ind. l. cum quædam 26. C. de adm. tut.

63. Sed & subscribens, vel promittens ut tutor, proprio nomine non convenitur l. si non subscripsisti 15. C. de adm. tut. l. si tutor ult. ff. si quis caut.

64. Tutor tamen, qui cæteros ad portionem vocavit, eadem contentus esse debebit l. cum in eo 44. ff. de pact.

65. Subque titulo quod quisque iuris

comprehenditur l. si quis 3. §. si procurator 1. ff. quod quisque iur.

66. Tenetur si idonea initio tutelæ nomina, non exegerit l. nomina 2. *C*. arb. tut.

67. Si damnosam hereditatem non repudiaverit l. eum 4, l, quidquid 7. C. arb. tut.

68. Si non gessit, quod gerere debebat toto tit. C. si tut. vel cur. non gesserit l, heredes ult. C. de her. tut.

69. Si litem, quæ minori damnum afferat instituerit l. polla 2. C. de his quib. ut ind.

70. Si quid supra dignitatem, & facultates pupilli erogaverit l. cum plures 12. §. nimium 2. & §. cum tutor 3. l. 13. in pr. ff. de adm. tut. l. offic. 2. ff. ubi pup. educ.

71. Bene erogatur ad alimenta consanguineis egentibus præstanda d. l. tutor 13. §. ult. ff. de adm. tut.

72. Solemnia quoque numera mitti possunt d. l. cum plures §. cum tutor 3. ff. de adm. tut.

73. Non tamen nuptiale matri pupilli,

vel sorori mittere poterit d. l. tutor §. ult. de adm. tut.

74. Nec dare dotem sorori alio patre natæ etiamsi aliter ea nubere non possit d. l. cum plures 12. §. cum tutor in fine ff. de adm, tut.

75. Tenetur etiam si donationum conditionem neglexerit l. pupillorum 21. C. de adm. tut.

76. Si in bona causa non appellationem interpositam executus non est l. si bonam causam 11, C. de adm. tut.

77. Vel si non defendit l. sancimus 28. in pr. &. §. 2. 3. 4. C. de adm. tut.

78. Si non servanda servaverit, & perierint, licet casu fortuito l. si res C. de peric. tut. l. tutor 7. §. si tutor 1. ff. de adm. tut.

79. Et generaliter tutor seu curator de dolo lata levique culpa tenetur l. quicquid 7. C. arb. tut.

80 Excipe in rebus emptis, in quibus non tenetur nisi de dolo, & lata culpa l. tutor. 7. §. competet 2. ff. de adm. tut.

81 Sed & damnum subito emergens tutori non imputatur l. Titium 47. §, Lucius 5. l. si res 50. ff. de adm. tut.

82 Nomina minus idonea à priore tutore suscipere quidem cogitur, sed non exactionem suo periculo facere l. tutor. 35. ff. de adm. tut.

83 Quod contingit cum nomina sequens tutor vel curator agnovit l. qui nominibus 44. in pr. ff. de adm. tut. l. si probatum 19. ff. de tut. & rat. dist. l. Titio 36. §. Titius ff. ad municip.

84 Si mandato prioris tutoris, habebit mandati actionem l. si vero 12. §. idem ait 15. ff. mand.

85 Hanc conditionem adolescenti deferre potest, ut nomina debitorum à se facta, aut in totum agnoscat, aut ab his in totum recedat l. cum quæritur 16. ff. de adm. tut.

86 Simul & coniunctim gerentes in solidum tenentur, sed habent beneficium divisionis, si omnes souendo sint l. 1. §. nunc tractemus 10. & §. 11. 12. 13. 14. 15. ff. de tut. & rat. dist. l. tres tutores 55. in pr. & §. sed si ipsi 1. & §. ult. ff. de adm. tut.

87 Ita tamen ut qui administravit, si sit solvendo, primo loco conveniri debeat l. si plures 3. in pr. & §. 1. 2. ff. de adm.

tut. l. ult. C. de divid. tut. l. ult. C. si tut. non gess.

88. Sed is qui administravit, si non conveniatur post finitum officium, cum idoneus esset, facto eo postea non soluendo, contutor non tenetur l. 1. C. de divid. tut. l. ordine 15. §. in eum 1. ff. ad municip. l. 1. C. de per. nom.

89 Idem servatur in reip. curatoribus, seu administratorib. l. & si 1. C. quo quisque ord. conu. l. Imperator 11. iuncta l. & ei 12. & l. quid ergo 12. ff. ad municip. l. curatores 3. in pr. ff. de adm. rer. ad civit. pert.

90 In divisionem vero administratione deducta à iudice vel testatore, unusquisque pro parte convenitur, contutorem tamen male versantem, suspectum debet arguere l. divisio 2. C. de divid. tut. l. si plures 3. §. item si divid. ult. iuncta l. vel in partes 4. l. si duo 51. ff. de adm. tut.

91 Item inter separatim, & diversis temporibus datos tutores, periculum non communicatur l. Lucius 46. §. cum testamento 6. ff. de adm. tut. l. quoties duobus 2. cum duab. seq. C. quo quisque ord. conu.

92 Denique coniunctim dati conveniendi sunt, & discutiendi omnes antequam ad fideiussores, vel nominatores eorum deveniatur l. quoties 2. & l. ult. *C.* quo quisque ord. conv.

93 Contutor vero seu collega separatim datus, vel divisis partibus, conveniri non poterit ob culpam suam, quod contutorem male versantem suspectum non arguerit: nisi post discussum eum & fideiussores, seu nominatores eius, necnon etiam magistratum d. l. 2. ult. *C.* quo quisque ord. conven. l. Imperator 11. §. quod si forte ult. ff. ad municip.

64 Fdeiussor simpliciter acceptus in id, quod tutor vel curator debiturus est, de indemnitate pupilli non est obligatus l. non est ult. C. de fideiuss. tut.

95 Contra tutorem debet pupillus agere, non contra eum, qui tutori administrationem permittenti indemnitatem promisit l. tutorem 9. *C.* arb. tut.

96 Quæsita à tutore tutela durante, non præsumuntur quæsita de bonis pupilli: ideo non ea vindicare, sed tutelæ iudicio agere debet l. si defunctus 10. C. arb. tut.

97 Ea quæ post pubertatem nulla necessitate cogente, sed ex voluntate sua tutor administravit, non veniunt in tutelæ iudicium. sed negotiorum gestorum l. si tutor 13. l. si post 14. ff. de tulelæ & rat. l. pro tutelæ 1. §. si quis 6. ff. de eo qui pro tut.

98 Et propter ea fideiussor, qui saluam rem fore cavit, non tenetur l. Lucius 46. §. Paulus 4. ff. de adm. tut.

99 Tutorque seu curator finito officio non tenetur iudicium accipere, nec recte convenitur l. tutor pro pupillo 28. ff. de adm. tut.

100 Imo tenetur si nondum rationes administrationis, nec instrumenta ad caussam pertinentia reddiderit l. ita autem 5. §. post completum 6. ff. de adm. tut. l. un. C. ut post pub. cav. ads. tut.

101 Et admonere debet puberem, ut sibi curatorem petat d. l. ita autem 5. §. si tutor 5. ff. de adm. tut. l. 1. §. ult. ff. de eo qui pro tut.

102 Gesta à falso tutore sunt ipso iure nulla, si in minoris vergant præiudicium: si vero eius utilitatem commodumque res-

piciant l. firma sunt: quinimo eiusmodi tutor tempore peritura, & neglecta minori nocitura, gerere tenetur l. in dubium 3. l. ult. C. de tutor. vel curat. qui satis non dedit l. consilio 7. §. 1. 2. ff. de cur. fur. l. vel in partes 4. ff. de adm. tut. l. protutelæ. 1. §. sed utrum (ult. ff. de eo qui pro tut.

103 Tutor & curator nullum salarium petere possunt, sed solum expensas Guido Pap. q. 68. in pr.

104 Nisi iudex in datione statuisset salarium ibid.

105 Vel nisi esset persona quæ operas suas locare consuevisset ibid. in annot.

106 Idem in syndico ibidem num. 2.

107 Et in negotiorum gestore, & mandatario ibid. num. 5.

De Minoribus.

1 PVbes invitus curatorem accipere non cogitur, præterquam ad litem §. item 2. instit. de cur.

2 Etenim non habet legitimam personam standi in iudicio, atque ita sententia

contra eum lata ſine curatore , nulla eſt Guido Pap. q. 494.

3 Sed & curatorem accipere cogitur ad ſolutionem l. ait prætor 7. §. ſed & 2. ff. de min.

4 Ad rationes adminiſtrationis reddendas l. admone C. qui pet. tut.

5 Et ad id tenetur etiam minor nupta d. l. 7. C. qui petant. tut.

6 Nec maritus eo munere fungi poteſt l. maritus 2. C. qui dare tut. l. non eo minus 14. C. de procur.

7 Petere autem curatorem per ſe debet: alius autem pro eo non poteſt l. ſi minores 2. §. hæc quidem & §. ſeq. ff. qui petant. tut.

8 In eius tamen contumaciam iudex requiſitus dare poterit d. l. admone. 7. C. qui pet. tut.

9 Nam pubes per ſe curatorem non habens validè obligatur l. puberes 101. ff. de verb. oblig.

10 Et vendit, ſed læſus reſtituitur in integrum l. ſi curatorem habens 3. C. de in int. reſt. min.

11 Atqui opus eſt decreto in venditione immobilium : nam tunc præter curato-

rem requiritur & iudicis decretum 10. tit. de præd. min.

12 Illlud enim etiam requiritur in eis qui veniam ætatis impetraverunt l. eos 3. C. de his qui ven. ætat. impet.

13 Et illegitime acta ab eo si noceant, nulla sunt: si prosint firma erunt l. non eo minus 14. C. de procur.

14 Defectus autem legitimæ ætatis in iudicijs, & rerum suarum administratione, non suppletur ex numero liberorum l. de his 12. C. de adm. tut. l. nec per liberos 2. ff. de min.

15. Et legitima ætas, est ætas 25. annorum: non ea quæ imperiali beneficio suppletur, venia ætatis impetrata l. ult. C. de his qui ven. ætat.

16 Minoris electio est utrum petat rem emptam ex pecunia sua, licet non suo nomine, an pecuniam ipsam cum usuris l. si curator 3. C. arb. tut. l. si tutor 2. ff. quan. ex facto tut.

17 Præscriptiones temporales minoribus non currunt, ut puta quinquennales querelæ inofficiosi l. adolescentiæ 2. C. in quib. cav. in integ. rest.

18 Non numeratæ pecuniæ, & aliæ si-

miles l. sancimus ult. C. in quib. cav. in int. rest.

19 Temporis à statuto præfixi ad redimenda pignora Guid. Pap. q. 31.

20 Neque decennij præscriptio: longissimi vero temporis non currit quidem contra pupillum: adversus adultum autem currit, sed potest in integrum restitui Guido Pap. de q. 31. num. 3.

21 Sed adverte quod si dictæ præscriptiones cœptæ essent contra maiorem, tunc earum cursus continuaretur contra minorem, atque ita opus esset restitutione in integrum Guido Pap. d. q. 31. num. 4.

22 Quin etiam commissum contra pupillum locum non habet: contra adultum vero locum quidem habet, sed restituitur Guido Pap. q. 435.

23 Et remissio debiti minoris, à tutore vel curatore facta, minori non nocet l. pactum curatoris 22. C. de pact. l. Lucius 46. §. tutoribus ult. ff. de adm. tut. l. contra iuris 28. §. si curator 1. ff. de pact. l. patri 27. §. si minor 2. ff. de min. l. si consensit 7. in pr. ff. quib. mod. pig. soluit.

24 Nec tenetur de eo, quod alius gra-

tis erat facturus l. contra impuberes 2. C. de neg. gest.

25 Restitutio autem minori conceditur causa cognita: tunc scilicet cum facilitate sua læsus est, secus si casu fortuito l. verum 11. §. sciendum 3. & §. item 4. & §. si locupleti 5. l. quod si minor 24. §. non semper 1. & §. scævola 2. l. non omnia 44. ff. de minor l. 1. §. si magistratus 11. ff. de mag. conu. l. in pupillo 47. §. ult. ff. de solut.

26 Et denegata minori restitutio, iterum non obtinebitur petita, nisi novæ defensiones prætendantur l. in una ult. l. quanquam 2. C. si sæp. in int. rest.

27 Nec restituetur adversus restitutionem à se impetratam, qua iam usus est l. cum non solum ult. §. non autem filio sub finem C. de bonis quæ *lib.*

28 Actus vero cœptus in minori ætate, continuatus in maiori ætate, non tollit beneficium restitutionis nisi agatur de iudicato, in quo nec fraus, nec dolosa machinatio reperiatur l. minus 1. C. si adv. rem iud. l. denique 3. §. si quis 1. & §. scio etiam 2. ff. de min.

29 Idem est & si collata sit actus con-

ſummatio in tempus legitimæ ætatis d. l. denique §. ſi quis 1. ✠. celſus ff. de minor ſi minor 4. ff. de ſerv. export.

30. Nam qualitas inſpicienda eſt, quæ fuit initio actus l. Pomponius 15. ff. de neg. geſt. l. 1. in pr. ff. de pœn.

31. Nec vero ſolum ipſe minor: ſed etiam heres eius reſtituitur, licet ſit maior l. minor autem 18. §. non ſolum ult. ff. de minor. l. non ſolum 6. ff. de in int. reſtit.

32. Intra idem tempus, quo minor ex ſuo capite poterat reſtitui, detracto tempore minoritatis ipſius ſucceſſoris, ſi fuerit & ipſe minor l. interdum 19. ff. de min.

33. Niſi reſtitutioni in minoritate petitæ, maior factus renuntiaverit l. Papinianus 20. §. ult. iuncta l. deſtitiſſe 20. ff. de minor.

34. Vel expreſſè, vel tacite per aliquem actum contrarium d. l. deſtitiſſe 21. l. ſi filius 30. ff. de minor.

35. Alioquin reſtitutionis tempus non currit, pendente, appellatione à ſententia qua pronunciatum fuit minorem intra eam ætatem eſſe, qua poſſit reſtitui l. intra utile 39. in pr. ff. de minor.

36. Atqui non admittitur restitutionem postulans pro minore sine speciali mandato l. illud 25. §. si talis ult. ff. de min.

37. Nisi caveat de rato l. quod si 26. ff. de min.

38. Et restitutio concessa non citatis his quorum interest, in eorum preiudicium nihil operatur l. etiamsi 29. §. ult. l. in causæ cognitione 13. in fine pr. ff. de min. l. omnes 3. ff. de in integ. restit. nov. ut sponsal. larg. 119. C. ad hæc 6.

39. Restituta autem actione tutelæ, non restituitur contraria l. cum minor 28. ff. de min.

40. Nec si in uno capite restitutio sit impetrata, iccirco debet totum negotium denuo tractari l. etiam si 29. §. ex causa 1. ff. de min.

41 Restituitur autem minor adversus prætermissa l. minoribus 8. C. de in int. rest. l. minor 36. ff. de minor.

42 Et ignorata, licet sit ignorantia iuris l. quanvis 11. C. de iur. & facti ign. l. regula 9. in pr. l. impuberes ult. ff. de iur. & facti ign.

43 Adversus Macedonianum d. l. regu-

la 9. in fine pr. ff. de iur. & facti ign. l. si quis 3. §. proinde 2. ff. ad Maced. l. verum 11. §. ult. ff. de minor.

44 Adversus dotem ultra modum constitutam l. si ex causa 9. §. in dotis quoque 1. ff. de min. l. un. C. si adv. dot.

45 Et pactum in contractu dotis positum l. minor se in id 48. §. mulier ult. ff. de min.

46. Tam adversus creditorem, quam fideiussorem, mandatorem suum l. si vero 12. §. si adolescens 11. ff. mand. l. in causæ cognitione 13. in pr. ff. de minor.

47 Emptorem de evictione agentem, & eius evictionis fideiussores l. 1. C. de fideiuss. min.

48 Sed adversus utrumque restitutionem impetrari debet: nam si adversus creditorem tantum, neque creditoris adversus fideiussorem, neque fideiussoris contra minorem exstincta erit actio d. l. in causæ cognitione 13. in pr. ℣. unde tractari potest ff. de minor. d. l. 1. ℣. sed ea res C. de fideiuss. min.

49 Nisi dolus intervenerit: nam tunc tam minori, quam eius fideiussori consuli-

tur l. ult. *C.* de fideiuſ. min.

50 Sed & reſtituitur minor adverſus compromiſſum l. minor 34. §. ult. ff. de minor. l. labeo ait 3. in pr. ff. de arb.

51 Adverſus tranſactionem *l.* pupilli 96. §. cum pupilla 1. ff. de ſolut.

52 Quin imo tutori non licet diminuendi cauſa tranſigere l. Lucius 46. §. ult. ff. de adm. & pericu. tut.

53 Adverſus licitationem l. ſi in emptionem 35. l. ait prætor 7. §. quæſitum 8. ff. de minor.

54 Denique adverſus ea omnia, quæ vel in iudicio, vel extra iudicium in eius damnum geſta ſunt: etiamſi tutoris, vel curatoris authoritas intervenerit, poteſt minor, vel in integrum reſtitutionem petere, vel contra ipſos tutores, ſeu curatores actionem movere l. 1. 2. 3. 5. C. ſi tut. vel cur. interv. l. properandum §. ult. C. de iudic.

55 Quibus ſatisfacientibus minores actiones ſuas mandare debent l. ſi minoris 25. ff. de adm. tut. l. alterius 20. §. ult. ff. de tut. & rat. diſt.

56 Excipe ut non debeant reſtitui pu-

heres, si proprio dolo se maiores dixerint toto tit. C. si min. se mai. dix. l. minor 32. ff. de minor.

57 Nec revocat moderatam propter nuptias donationem à se factam l. 1. C. si advers. don.

58 Nec restitutus in integrum venditionem secundi emptoris, qui bona fide emit, si prior emptor sit soluendo l. in caussæ cognitione 13. §. ult. iuncta l. plane 14. & l. sed ubi 15. ff. de minor.

59 Secus est si revocetur venditio, quod decretum non intercesserit: nam tunc revocatur secundi quoque emptoris venditio, nisi præscriptio secuta sit post legitimam minoris ætatem l. ult. §. ult. ff. de leg. 2. l. possessiones pen. iuncta l. ult. & l. 1. C. si quis ign.

60 Sed & gesta per minorem adversus aditionem hereditatis restitutum, non rescinduntur l. in integrum 22. l. si mulier 31. ff. de minor l. quoties 44. ff. de adq. her. l. filius 90. ff. de solut.

61 Et vicissim restituto minore ad adeundam hereditatem, quam repudiaverat, non revocantur ea quæ à curatore bo-

nis dato, gesta fuerunt d. l. in integrum 22. ff. de minor.

62 Atqui non facile restituendus erit, si iam distracta hereditate, & negotiis finitis, ad paratam pecuniam laboribus substituti veniat l. quod si minor 24. §. Scævola 2. ff. de minor. vide l. ult. C. de repud. her.

63 Quin etiam minor non restituitur ob id quod alterius nomine gessit, nisi ipsemet damnum passurus sit l. denique 3. §. sed utrum 4. cum seq. & l. etenim 4. & l. si tamen 5. l. cum mandatu 23. l. quod si 24. in pr. ff. de minor. l. sed & si 7. §. ult. iuncta l. nam & 8. ff. de instit. act.

64 Neque ob id quod alius pro eo gessit sine tutoris authoritate l. eum qui 46. ff. de minor. l. verum 9. iuncta l. eatenus 10. ff. de instit. act.

65 Nisi sit institor eius cuius heres extitit pupillus. Nam tunc ex eo gestu obligatur, donec remotus fuerit institor l. sed si pupillus 11. in pr. & §. 1. l. si quis 18. §. si impubes 2. ff. de instit. act.

66 Læsus tamen in administratione peculij restitutionem postulare, non solum ipse verum etiam pater pro eo, vel invito

poteſt l. patri 27. in pr. ff. de minor.

67 Sed & neque adverſus reciprocam remiſſionem æqualiter factam, minor reſtituitur l. 11. C. de fideic. l. ſi pater 12. C. de inoff. teſtam.

68 Nec adverſus delictum l. ſi ex cauſa 9. §. nunc videndum 2. & §. ſi mulier 3. ff. de min.

69 Niſi cum non dolo, ſed culpa tantum deliquit l. 1. *C.* ſi adverſ. del. l. ſed & ſi 5. §. & ideo 2. ff. ad leg. Aq. l. cum autem 23. §. excipitur etiam 2. ff. de ædit. ed. l. impuberem 23. ff. de furt. l. auxiliũ 37. ff. de minor.

70 Minor qui neceſſariam ſibi rem emit, quam neceſſario de ſuo erat empturus, licet eam poſtea perdiderit, nihilominus ad ſolutionem recte interpellabitur, etiamſi tutor vel curator non intervenerit l. in pupillo 47. ff. de ſolut.

71 Alioquin minor qui pecuniam mutuam accepit, eamque diſſipavit, non tenetur l. patri 27. §. ſi pecuniam 1. ff. de minor.

72 Et maxime ſi conſumpturo, vel perdituro credita fuerit pecunia l. quod ſi 24. §. reſtitutio 4. ff. de minor.

73 Sed si quidem curator intervenerit, necessaria est restitutio in integrum l. sine herede 32. §. interposito 4. ff. de adm. tut. tot. tit. *C.* si adv. cred.

74 Idem si cum curatorem non haberet pecuniam mutuam acceperit: quia cum utroque casu obligatio sit contracta, & valeat l. puberes 101. ff. de verb. oblig. l. si curatorem habens 3. C. de in integ. restit. ea non potest rescindi, nisi per beneficium restitutionis in integrum. quæ cum non detur nisi causa cognita, iccirco minor probare debet non fuisse versum in eius utilitatem, & interim obligatio executioni mandabitur datis fideiussoribus.

75. Si vero cum curatorem haberet sine eo se obligaverit, tunc cum obligatio nulla sit, non tenetur minor, nisi in quantum probaverit creditor eum tempore, quo agitur factum esse locupletiorem Papo tit. de minor. art. 9. 6. 8.

76 Si nullitas sit in controversia interim standum est contractui Papo tit. de provision. art. 28. 29. 30. 31.

De Alienatione rerum minoris.

1 TVtor seu curator vendere debet res corruptas, usuve detritas, fructus, & quæcunque servando servari non possunt, animaliaque suparvacua; nec ad hoc opus est decreto l. lex quæ 22. in fine l. sancimus ult. §. ult. C. de adm. tut. l. ult. C. quan. decr. opus non est.

2 Nec minori adversus emptorem huiusmodi rerum succurritur, nisi ex evidenti circumscriptione l. ait prætor 7. §. quæsitum est 8. ff. de min.

3 Nec eo minus vendere debebit, quod defunctus prohibuerit alienationem l. ita autem 5. §. usque adeo 9. ff. de adm. tut.

4 Deque pretio ex his rebus redacto, reliquaque pecunia si qua sit, redituum minori ex parentum amicorumque consensu, vel prædia comparare debet intra sex menses ab initio, postea vero intra duos menses: alioquin ipsemet minori usuras, & interesse præstabit Carol. 9. 1560. art. 102. l. tutor qui re. pertorium 7. §. usuræ 11. l. si tutor 15. ff. de adm. tut.

5 Si hoc facere potuit l. cum plures 12. §. ult. iuncta l. tutor 13. §. non est audiendus 1. l. qui negotiationem 58. §. ex duobus 1. ff. de adm. tut.

6 Alias quascunque res sine decreto alienare, vel obligare non licet, nec ipsi minori soli, nec cum curatore l. 3. 4. 7. 8. 9. 13. 15. 17. C. de præd. min. l. 1. §. ult. l. sed hic 2. l. sed. si 3. in pr. l. 1. in pr. ff. de reb. eor. l. lex quæ 22. C. de adm. tut.

7 Nisi cum agitur de alienatione quam iussit fieri testator cui minor successit l. 1. §. & sunt verba 2. l. Paulus ult. ff. de reb. eor. l. prædium C. quan. dec. op. non est.

8. Alioquin vendere non licet, nec ipsas res quas defunctus venales habebat l. 1. §. si defunctus 3. ff. de reb. eor.

9 Nisive quid non sponte tutorum, sed iure pignoris, vel in causa iudicati captum, & distractum est l. si tibi 8. C. mand. l. sed si 3. §. pignori tamen 1. cum duob. seq. l. si pupillorum 7. §. si pupillus 1. ff. de reb. eor.

10 Nam tunc non alia, quam ordinaria solemnitas requiritur Guido Pap. q. 31. num. 5.

11 Alienationem tamen pignoris minor revocat, si grandè damnum passus sit, vel fraus in alienando intercesserit l. venditio 1. l. non est 2. C. de præd. min. toto tit. C. si adv. vend. pign. l. ult. C. si adv. fisc. l. quanvis 9. ff. de reb. eor. l. si ex causa 9. in pr. ff. de min.

12 Sed advertendum quod illicitè post senatusc. pupilli, vel adolescentis venundato prædio, si eo nomine apud iudicem tutelæ, vel utilis actionis, æstimatio facta est, eaque soluta, vindicatio prædij ex æquitate inhibetur l. illicitè 10. ff. de reb. eor.

13. Item tutor liberatum pignus, ei de novo obligare potest sine decreto, ex cuius pecunia illud liberavit; sed non pro majore pecunia, quam pignus antea fuerat obligatum l. si pupillorum 7. §. si obligavit 5. cum §. seq. ff. de reb. eor.

14. Is autem cui permissum est à iudice alienare, obligare non poterit, nec è converso l. si pupillorum 7. §. si prætor 3. & §. seq. ff. de reb. eor.

15. Illudque decretum recte procedit, quod ob æs alienum dissolvendum causis apud acta probatis, solemniter interponi-

tur l. minorum 6. l. ob æs 12. l. ult. C. de præd. min. l. magis puto 5. §. non passim 9. & §. 10. 11. 13. 14. ff. de reb. eor.

16. Quod si falsis allegationibus alienatio decreta sit, revocabitur d. l. magis puto §. manet actio 15. ff. de reb. eor. l. & si 5. C. de præd. min.

17. Sed & minor iure interposito decreto læsus, restituitur in integrum l. si quidem 11. C. de præd. min.

18. Venditio rerum minoris sine decreto facta, maioris facti ratihabitatione, non dolosa, neque tacita, sed expressa confirmatatur, & quinquennalli silentio tot. tit. C. si mai fact. alien.

19. Revocata autem alienatione minor rem, fructusque consequitur, id tantum pretij cum usuris restituendo, quod in rem eius versum esse probaverit emptor. l. prædiorum 10. l. utere 14. C. de præd. min. l. quod minor 24. §. restitutio autem 4. l. patri 27. §. si pecuniam 1. l. minor annis 40. §. prædia ff. de minor. l. sine herede 32. §. interposito 4. ff. de adm. tut.

20. Cui sunt etiam meliorationes refundendæ l. si prædium 16. C. de præd. min. l. intra utile 39. §. vendentibus ff. de

minor. l. ſine herede 32. §. item reſpondit 5. ff. de adm. tut.

21. Nec fructus reſtituet ſi bona fide emerit, cum ſcilicet rem emit ſine decreto, quam minoris eſſe ignorabat: vel ſi à falſo tutore, vel ignorans eum à quo emebat minorem eſſe l. ſi contra 2. C. ſi quis ignor. l. 7. §. 4. l. 13. §. ult. ff. de public. in rem act.

22. Sed & ſi fundum tantum petat minor, non etiam fructus, tunc non tenebitur ad uſuras paul. lib. 1. recept. ſent. tit. 9. §. 7. & ibi Cuiacius.

23. Illud autem verſum cenſetur, quod in familiam cibariorum, vel veſtiariorum nomine conſumptum eſt l. quod ſi 3. §. in rem 1. l. filiusf. 19. l. pater 20. l. filiamf. 21. ff. de in rem verſo.

24. Et quod in funus l. & ideo 7. §. illud plane 3. ff. de in rem verſo.

25. Et quod in veſtiendo, in agro colendo, in domo fulcienda, mercandoque neceſſaria, erogatum eſt. Paulus 2. ſent. tit. 9. §. 3. 7. 8. 10.

26 Quid de accepta pecunia mutuo data? Ea in rem verſa cenſetur, vel reſtitui, vel

actiones cedi debent l. quod si 3. §. idem labeo 5. ff. de in rem verso.

27. Denique id omne versum censetur, ex quo uel actio mandati, vel negotiorum gestorum dari posset d. l. quod si 3. §. & regulariter 2. cum duob. seq. ff. de in rem verso.

28. Licet perierit quod in eas causas datum est, dummodo sine culpa dantis d. l. quod si 3. §. unde 7. & §. sed & si 8. & §. si mutuatus ult. cum l. seq. ff. de in rem verso.

29. Illud autem etiam in culpa annumeratur, si non curiosus fuerit in providendo ut à se datum bene, & utiliter verteretur d. l. quod si 3. §. sed si sic ff. de in rem verso.

De Contractibus.

1. Contractus stricti iuris, venditionisque, & locationis in alterius contrahentium voluntatem collati, non intelligitur efficaciter celebrati l. in vendentis 13. C. de cont. empt. l. quod sæpe 35. §. illud constat 1. ff. eod. l. sub hac 8. ff. de

ff. de oblig. & act. l. stipulatio non valet 17. l. centesimis 46. §. illam autem ult. l. ab Titio 108. §. nulla ult. ff. de verb. oblig.

2 Reliqui bonæ fidei contractus sic possunt celebrari : sed tunc res ad boni viri arbitrium redigenda est l. si cum ea *C*. de dot. prom. l. si societatem 6. ff. pro soc. l. si in lege 24. in pr. ff. locati l. hæc venditio 7. ff de contrah. empt.

3 In tertij vero voluntatem suam declarantis arbitrium, collatus valet contractus l. si merces 25. in pr. ff. locati.

4 Si non declaret voluntatem suam non valet contractus l. super rebus ult. *C*. de cont. empt. l. si coïta sit 75. ff. pro soc. l. si quis 43. iuncta l. & ideo 44. ff. de verb. oblig. §. sed & 2. instit. de empt.

5 Huius voluntatis iniquitas corrigitur boni viri arbitrio l. societatem 76. iuncta l. veluti 77. & l. in proposita 78. cum duab. seq. ff. pro soc. l. Titium 47. §. quantum 1. ff. de adm. tut. l. si filiæ 43. ff. de leg. 3.

6 Per contractum imperfectum, vel nullum non receditur à contractu perfecto, sed contra receditur l. si id 7. de rescind.

vend. l. debitor 4. in pr. & §. debitoris filius 1. ff. de pignerat. act. l. si quis ante 10. ff. de acq. poss.

7 Ex contractu tamen nullo, & imperfecto acquiritur possessio l. 1. §. furiosus ff. de acq. poss.

8 Vsque adeo ut ex ea sequatur præscriptio l. sed si 11. §. ult. ff. de inst. act.

9 Nisi sit contractus principis, vel Ecclesiæ Papo tit. de dominio art. 2. 5. ult.

10 Sed & ex simulato contractu non transfertur possessio l. nuda 55. & ibi Gothof. ff. de cont. empt.

25. Vel propter necessitates domini, vel necessariam refectionem l. æde 3. C. de loc. c. 3. §. ult. de loc. cond.

26. Et tunc non proderit conductori de non expellendo promissio, licet pœna quoque adiecta fuerit l. quæro 54. §. inter 1. ff. loc.

27. Nec Dominus tenetur ad interesse Papo tit. de loc. art. 3. 7.

28. Alioquin expulsus conductor aget ad interesse, si per locatorem expellatur, & turbetur, vel per eum quem locator impedire potest l. si tibi 7. iuncta l. nos videamus 8. l. si in lege 24. §. colonus 4. l. si merces 25. §. qui fundum 1. l. qui insulam 30. in pr. ff. loc.

29. Vel si res fuerit evicta l. si quis domum 9. in pr. ff. loc.

30. Si vero per casus fortuitos, vimque maiorem, vel per eum quem locator propter eius potentiam impedire non potest, nihil amplius quam mercedem remittere,

vel reddere debebit d. l. si quis domum 9. §. hic subiungi 1. l. sed addes 19. §. si quis sis si fundus 33. iuncta l. perinde 34. & l. & hæc 35. in pr. ff. loc.

31. Si per Domesticos vel inimicos proprios turbetur, & damnum patiatur conductor, non tenetur locator l. qui insulam 30 §. colonus ult. l. si merces 25. §. culpæ 4. ff. loc. l. 20. ff. comm. divid.

32. Sed & si minor, heres conductoris hereditatem repudit, licebit locari alij rem impunè conducere l. ex conducto 15. §. ult. iuncta l. 16. 17. 18. ff. loc.

33. Nisi colluserit locator cum tutore, nam tunc tenebitur ad id quod interfuit pupilli l. sed addes 19. in pr. ff. loc.

34. Et ratione falsæ renuutiationis à conductore factæ, licet locatori à locatione recedere l. cum in plures 60. §. mandavi 4. ff. loc.

35. Adverte quod inquilinus, qui conduxit ad longum tempus, non potest propter domini necessitates, vel refectionem expelli Papo tit. de locato art. 2.

36. Finito autem tempore conductionis poterit locator conductorem propria autoritate expellere Guid. Pap. q. 480.

37. Et è conuerso si habitatio sit valde incommoda, licet inquilino recedere, & ad pensionem pro rata tantum tenetur l. si merces 25. §. si vicino 2. l. cum in plures 60. in pr. ff. loc.

38. Modicæ autem incommoditatis ratio non habetur l. habitatores 27. ff. loc.

39. Quod si non recessit, vel si potestatem conducendi habebat, & ita pretium conductionis seruare poterat, pensionem debebit l. quod si 28. ff. loc.

40. Item qui iusto metu perculsus ex ædibus, quas conduxerat migrauit, non tenetur ad mercedem soluendam d. l. habitatores 27. §. ult. ff. loc.

41. Tenetur tamen de damno in ædibus dato, si cum posset domino non denũciavit, vel non restitit cum posset resistere l. item quæritur 13. §. exercitu 7. ff. loc.

42. Sed & dãna tẽpestate, aliove cœli vitio nec non casu fortuito, vel vi maiore contingentia conductionis pretium minuunt l. excepto tempore 18. C. de loc. l. ex conducto §. si vis 2. & §. cum quidam 3. & §. ubicunque 7. l. si merces 25. §. vis maior 6. ff. loc.

43. Nisi aliter convenerit l. licet 2. C. de loc.

44 Vel aliorum annorum ubertate compensentur d. l. licet 8. C. de loc. l. ex conducto 15. §. Papinianus 4. ff. eod. c. 3. in pr. eod.

45 Damna intellige contingentia antequam fructus percepti sint: perceptos enim fructus suos fecit conductor, ideoque eius deinceps sunt periculo, quemadmodum & res empta emptoris est periculo, postquam emptione perfecta, eius effecta est. præterea locator ad hoc tantum tenetur ut frui præstet conductori d. l. 15. §. competit 1. ff. loc. is autem plene fruitus est, qui fructus percepit suosque fecit.

46 In iudicio tam locati, quam conducti venit dolus, & culpa etiam levissima, omnimodaque custodia l. in iudicio 28. & l. 29. C. de loc. l. si quis 9. §. Celsus 5. l. videamus 11. in pr. & §. si colonis 3. & §. imperator 4. l. item quæritur 13. usque ad §. 9. l. si merces 25. §. conductor 3. §. culpæ 4. & §. ipse quoque 5. & §. pen. & ult. ff. loc. §. conductor pen. inst. eod. l. 40. ff. eod.

47 Non autem casus fortuitus, nisi con-

venerit ut veniret d. l. in iudicio 28. C. de loc. l. si quis 9. §. hic subiungi & §. Iulianus 2. ff. eod.

48 Sed & de periculo tenetur, qui in se periculum recepit l. item quæritur 13. §. si gemma 5. ff. loc.

49 Et si culpa casum præcesserit l. si quis domum 9. §. 1. v. idem quærit & §. si colonis 3. cum duob. seq. l. videamus 11. §. si hoc 1. & §. ult. iuncta l. sed & si 12. & l. item quæritur 13. l. sed de damno 41. ff. loc.

50 Labes vero quæ ante mensuram, vel approbationem in opere conducto soli vitio, vel casu fortuito contingit, ad dominum: quæ vero operis vitio ad architectum pertinet l. opus 36. l. si prius 37. l. ea lege 51. §. locavi l. Marcus 59. l. si rivum ult. ff. loc.

51 Non tenetur conductor de damno ab alio dato l. qui mercedem 40. iuncta l. sed de damno 41. ff. loc.

52 Impensas utiles, & necessarias recuperat l. dominus 55. §. 1. ff. loc.

53 Ad eius onus non spectat refectio putei, vel viæ publicæ & similum, sed domini Guido Pap. q. 444. num. 3.

54 Qui operas suas locavit totius temporis mercedem accipere debet, si per eum non stetit quominus operas præstet l. qui operas 38. in pr. ff. locat. Guido Pap. q. 102.

55 Advocati quoque si per eos non steterit, quominus causam agant, honoraria reddere non debent d. l. qui operas §. advocati ff. loc.

56 Operis vero locatis in eam mercedem, quæ cæteris id genus operariis dabitur, si diversæ fuerint mercedes minima debebitur Guid. Pap. q. 252.

57 Imo fortassis neque maxima, neque minima, sed media ut infra de donat. num. 14.

58 Et è converso qui contra legem conductionis fundum ante tempus sine iusta, ac probabili causa deserverit, ad solvendas totius temporis pensiones ex conducto conveniri potest, quatenus locatori in id quod eius interest indemnitas servetur l. dominus 55. §. qui contra ult. ff. loc.

59 Qui locat vel vendit vasa vitiosa, sive sciens, sive ignorans tenetur ad id quod interest: in aliis rebus locatis distinguitur sciens ab ignorante l. sed addes 19.

§. si quis dolia 1. ff. loc. l. tenetur 6. §. si vas 4. l. 13. in pr. & §. 1. 2. 3. ff. de act. empt.

60 Idem & si quid vitiosum depositum sit, vel mandatum ut emeretur: nam & deponens, & mandator etiam ignorantes, tenentur ad interesse: nisi culpa depositarij, vel mandatarij damnum contigerit l. inter 26. §. sed cum 7. ff. mand. l. si servus 61. §. 1. 2. 3. 5. 7. ff. de furtis.

61 Commodator vero non tenetur nisi sciens quid vitiosum commodaverit d. l. 61. §. circa commodatum 6. ff. de furt.

62 Idem in debitore circa pignus, ita tamen ut si debitor rem alienam, vel alij pigneratam pignori dederit, contraria pignoratitia teneatur, sive scivit sive ignoravit l. tutor 16. §. contrariam 1. ff. de pign. act. d. l. 61. §. is etiam 1. & §. quod si sciens 3. ff. de furt.

63 Nisi adeo ampla sit res, ut sufficiat pro securitate utriusque debiti l. si quis 36. §. sed & si ff. de pign. act.

64 Dominus non tenetur de fractura horreorum, nisi custodiam promiserit l. dominus 55. in pr. ff. loc.

65 Successor particularis non tenetur

ſtare colono cui prior dominus locavit, niſi ex pacto l. emptorem 9. *C.* loc. l. arbores 59. §. quicquid 1. ff. de uſuf.

66 Vel ſpeciali rei hypotheca Papo tit. de loc. art. 1. Guid. Pap. q. 480. num. 2.

67 Vel niſi cum non plenum ius in eum tranſiit vel ius habet à fiſco Guid. Pap. d. q. 480. num. 5.

68 Verum aget colonus ex conducto contra locatorem, vel heredes eius l. 120. §. ult. ff. de leg. 1.

69 Mulier tamen ſtare tenetur colono mariti, licet dotem ex legato repetat, dummodo ipſa penſiones percipiat l. 1. §. ibid. ult. ff. de dote præl.

70 Sed nec colonus tenetur ſtare ſucceſſori particulari l. qui fundum 32. ff. loc.

71 conductione vero durante ad quem pertinet penſio? ſi ex pacto venditoris, quod exceperit ut colono frui liceret: tunc ei ſolvi debet penſio: niſi eam emptori acceſſuram dictum ſit l. Iulianus 13. §. ſi in locatis 11. l. ſi mercedem 53. in pr. ff. de act. emp. l. inſulam 58. in pr. ff. loc. l. inſulam 13. ff. qui pot. in pig. l. ſi cum 68. in pr. ff. de cont. empt.

72 Si vero ratione ſpecialis hypothecæ

9. Et Dominus vice versa ex contractu conductoris non obligatur l. cum in plures 60. §. rerum ult. ff. loc.

10. Invecta autem, & illata in prædium urbanum conductum, ut ibi sint, omnia ob pensionem sunt tacite obligata l. eo iure 4. ff. in quib. cau. pig. l. item 4. in pr. ff. de pact. l. si horreum 3. ff. in quib. cau. pig.

11. Et ob deteriorationes l. Pomponius 2. ff. in quib. cau. pign.

12. Et possunt capi licet ad unum tantantum heredum conductoris pertineant Papo tit. de locato art. 4.

13. Et licet sint Sacerdotis qui privilegio munitus est ibidem art. 5.

14. In prædium vero rusticum invecta, & illata non censentur pingnerata, nisi ex speciali pacto d. l. eo iure in fine pr. ff. in quib. cau. pign. l. certi iuris 5. C. de loc.

15. Sed in utroque invecta esse oportet ut ibi sint l. in prædiis 7. §. videndum ff. in quib. cau. pign. l. debitor 32. ff. de pignor. l. id vestimentum 25. ff. de pecul.

16. Fructus quoque prædij locati pro pensione tacite sunt obligati l. in prædiis

7. in pr. ff. in quib. cau. pig. l. si in lege 24. §. si colonus 1. ff. loc.

17. Ita ut colonus si eos clam deportet, furtum committat l. si servus 61. §. locavi 8. ff. de furt.

18. Permanens in eadem locatione tempore conductionis finito, tacito consensu eandem locationem una cum uniculo pignoris renovare videtur l. legem 16. C. de loc.

19. In eo anno non ultra l. item queritur 13. §. qui impleto ult. l. qui ad certum 14. ff. loc.

20. Non tamen fideiussor ex hac nova causa tenebitur l. si cum hermes 7. C. de loc. l. non itelligitur 3. §. cum quinquenium 6. ff. de iur. fisc.

21. Nec pignora ab alio data permanebunt obligata, nisi novus consensus intervenerit d. l. item quæritur 13. §. qui impleto ult. ff. loc.

22. Et hoc quidem in prædiis rusticis: non autem in Vrbanis d. l. 13. §. ult. ff. loc.

23. Inquilinus vel colonus qui solvit pensionem non potest durante locatione

expelli : nec si ei offeratur quod sua interest Guid. Pap. q. 480. num. 8.

24. Nisi propter suam culpam, quia abutitur l. si in lege 24. §. si domus 2. l. cum domini 56. ff. loc. l. 3. C. eod.

25. Vel propter necessitates domini, vel necessariam refectionem l. æde 3. C. de loc. c. 3. §. ult. de loc. cond.

26. Et tunc non proderit conductori de non expellendo promissio, licet pœna quoque adiecta fuerit l. quæro 54. §. inter 1. ff. loc.

27. Nec Dominus tenetur ad interesse Papo tit. de loc. art. 3. 7.

28. Alioquin expulsus conductor aget ad interesse, si per locatorem expellatur, & turbetur, vel per eum quem locator impedire potest l. si tibi 7. iuncta l. nos videamus 8. l. si in lege 24. §. colonus 4. l. si merces 25. §. qui fundum 1. l. qui insulam 30. in pr. ff. loc.

29. Vel si res fuerit evicta l. si quis domum 9. in pr. ff. loc.

30. Si vero per casus fortuitos, vimque maiorem, vel per eum quem locator propter eius potentiam impedire non potest, nihil amplius quam mercedem remittere,

vel reddere debebit d. l. si quis domum 9. §. hic subiungi 1. l. sed addes 19. §. si quis sis si fundus 33. iuncta l. perinde 34. & l. & hæc 35. in pr. ff. loc.

31. Si per Domesticos vel inimicos proprios turbetur, & damnum patiatur conductor, non tenetur locator l. qui insulam 30 §. colonus ult. l. si merces 25. §. culpæ 4. ff. loc. l. 20. ff. comm. divid.

32. Sed & si minor, heres conductoris hereditatem repudit, licebit locari alij rem impunè conducere l. ex conducto 15. §. ult. iuncta l. 16. 17. 18. ff. loc.

33. Nisi colluserit locator cum tutore, nam tunc tenebitur ad id quod interfuit pupilli l. sed addes 19. in pr. ff. loc.

34. Et ratione falsæ renuutiationis à conductore factæ, licet locatori à locatione recedere l. cum in plures 60. §. mandavi 4. ff. loc.

35. Adverte quod inquilinus, qui conduxit ad longum tempus, non potest propter domini necessitates, vel refectionem expelli Papo tit. de locato art. 2.

36. Finito autem tempore conductionis poterit locator conductorem propria autoritate expellere Guid. Pap. q. 480.

37. Et è converso si habitatio sit valde incommoda, licet inquilino recedere, & ad pensionem pro rata tantum tenetur l. si merces 25. §. si vicino 2. l. cum in plures 60. in pr. ff. loc.

38. Modicæ autem incommoditatis ratio non habetur l. habitatores 27. ff. loc.

39. Quod si non recessit, vel si potestatem conducendi habebat, & ita pretium conductionis servare poterat, pensionem debebit l. quod si 28. ff. loc.

40. Item qui iusto metu perculsus ex ædibus, quas conduxerat migrauit, non tenetur ad mercedem solvendam d. l. habitatores 27. §. ult. ff. loc.

41. Tenetur tamen de damno in ædibus dato, si cum posset domino non denũciavit, vel non restitit cum posset resistere l. item quæritur 13. §. exercitu 7. ff. loc.

42. Sed & dãna tẽpestate, aliove cœli vitio nec non casu fortuito, vel vi maiore contingentia conductionis pretium minuunt l. excepto tempore 18. C. de loc. l. ex conducto §. si vis 2. & §. cum quidam 3. & §. ubicunque 7. l. si merces 25. §. vis maior 6. ff. loc.

43. Nisi aliter convenerit l. licet 2. C. de loc.

44 Vel aliorum annorum ubertate compensentur d. l. licet 8. C. de loc. l. ex conducto 15. §. Papinianus 4. ff. eod. c. 3. in pr. eod.

45 Damna intellige contingentia antequam fructus percepti sint : perceptos enim fructus suos fecit conductor, ideoque eius deinceps sunt periculo, quemadmodum & res empta emptoris est periculo, postquam emptione perfecta, eius effecta est. præterea locator ad hoc tantum tenetur ut frui præstet conductori d. l. 15. §. competit 1. ff. loc. is autem plene fruitus est, qui fructus percepit suosque fecit.

46 In iudicio tam locati, quam conducti venit dolus, & culpa etiam levissima, omnimodaque custodia l. in iudicio 28. & l. 29. C. de loc. l. si quis 9. §. Celsus 5. l. videamus 11. in pr. & §. si colonis 3. & §. imperator 4. l. item quæritur 13. usque ad §. 9. l. si merces 25. §. conductor 3. §. culpæ 4. & §. ipse quoque 5. & §. pen. & ult. ff. loc. §. conductor pen. inst. eod. l. 40. ff. eod.

47 Non autem casus fortuitus, nisi con-

venerit ut veniret d. l. in iudicio 28. C. de loc. l. si quis 9. §. hic subiungi & §. Iulianus 2. ff. eod.

48 Sed & de periculo tenetur, qui in se periculum recepit l. item quæritur 13. §. si gemma 5. ff. loc.

49 Et si culpa casum præcesserit l. si quis domum 9. §. 1. ℣. idem quærit & §. si colonis 3. cum duob. seq. l. videamus 11. §. si hoc 1. & §. ult. iuncta l. sed & si 12. & l. item quæritur 13. l. sed de damno 41. ff. loc.

50 Labes vero quæ ante mensuram, vel approbationem in opere conducto soli vitio, vel casu fortuito contingit, ad dominum: quæ vero operis vitio ad architectum pertinet l. opus 36. l. si prius 37. l. ea lege 51. §. locavi l. Marcus 59. l. si rivum ult. ff. loc.

51 Non tenetur conductor de damno ab alio dato l. qui mercedem 40. iuncta l. sed de damno 41. ff. loc.

52 Impensas utiles, & necessarias recuperat l. dominus 55. §. 1. ff. loc.

53 Ad eius onus non spectat refectio putei, vel viæ publicæ & similum, sed domini Guido Pap. q. 444. num. 3.

54 Qui operas ſuas locavit totius temporis mercedem accipere debet, ſi per eum non ſtetit quominus operas præſtet l. qui operas 38. in pr. ff. locat. Guido Pap. q. 102.

55 Advocati quoque ſi per eos non ſteterit, quominus cauſam agant, honoraria reddere non debent d. l. qui operas §. advocati ff. loc.

56 Operis vero locatis in eam mercedem, quæ cæteris id genus operariis dabitur, ſi diverſæ fuerint mercedes minima debebitur Guid. Pap. q. 252.

57 Imo fortaſſis neque maxima, neque minima, ſed media ut infra de donat. num. 14.

58 Et è converſo qui contra legem conductionis fundum ante tempus ſine iuſta, ac probabili cauſa deſerverit, ad ſolvendas totius temporis penſiones ex conducto conveniri poteſt; quatenus locatori in id quod eius intereſt indemnitas ſervetur l. dominus 55. §. qui contra ult. ff. loc.

59 Qui locat vel vendit vaſa vitioſa, ſive ſciens, ſive ignorans tenetur ad id quod intereſt: in aliis rebus locatis diſtinguitur ſciens ab ignorante l. ſed addes 19.

ſtare colono cui prior dominus locavit, niſi ex pacto l. emptorem 9. *C.* loc. l. arbores 59. §. quicquid 1. ff. de uſuf.

66 Vel ſpeciali rei hypotheca Papo tit. de loc. art. 1. Guid. Pap. q. 480. num. 2.

67 Vel niſi cum non plenum ius in eum tranſiit vel ius habet à fiſco Guid. Pap. d. q. 480. num. 5.

68 Verum aget colonus ex conducto contra locatorem, vel heredes eius l. 120. §. ult. ff. de leg. 1.

69 Mulier tamen ſtare tenetur colono mariti, licet dotem ex legato repetat, dummodo ipſa penſiones percipiat l. 1. §. ibid. ult. ff. de dote præl.

70 Sed nec colonus tenetur ſtare ſucceſſori particulari l. qui fundum 32. ff. loc.

71 conductione vero durante ad quem pertinet penſio? ſi ex pacto venditoris, quod exceperit ut colono frui liceret: tunc ei ſolvi debet penſio: niſi eam emptori acceſſuram dictum ſit l. Iulianus 13. §. ſi in locatis 11. l. ſi mercedem 53. in pr. ff. de act. emp. l. inſulam 58. in pr. ff. loc. l. inſulam 13. ff. qui pot. in pig. l. ſi cum 68. in pr. ff. de cont. empt.

72 Si vero ratione ſpecialis hypothecæ

permaneat conductio, vel de consensu emptoris, tunc pensionem ad emptorem pertinere consentaneum est, quia venditor nullum amplius ius in re habet, nec per eum in conductione est conductor, sed per emptorem, vel per se vi specialis hypothecæ.

73 Vsufructuario autem stare tenetur successor particularis: quia dominij mutatione non interit usus f. & eadem ratione emptori fructuum, qui per emptionem usufructuarius factus est l. 3. in pr. de usuf. l. usufructu 4. C. eod.

74 Et in genere successor particularis nullis oneribus subiacet, nisi ipsius rei, vel ex pacto l. æris alieni 15. C. de donat. l. si successione 2. l. si paterna 3. C. de revoc. his quæ in frav. l. quia 3. §. item 2. & §. opus 3. ff. de alienat. mut. iud.

75 Pacta enim authoris transeunt in successorem particularem l. 14. §. 1. & pen. ff. comm. divid. l. emptori 6. ff. de her. ven. l. si quis 56. l. dolia 76. §. eum qui ff. de contra. empt. l. Titius 9. ff. de serv. exp. l. si tibi 17. §. pactum 5. ff. de pact.

76 Successor autem universalis obligatur ex locatione, & conductione defuncti,

tam perpetua, quam temporali l. viam veritatis 10. C. de loc. l. si in lege 24. §. ult. ff. loc. §. mortuo ult. inst. eod. Guido Pap. q. 480. num. 3.

77 Sed & sive ex testamento, sive ex donatione, vel quovis alio modo succedat, oneribus subiacet authoris sui l. quoties pen. C. de her. inst. l. si debitor 3. C. de sent. passis. l. 76. §. 1. ff. de leg. 2. l. si ut proponis 5. C. de bon. prosc. l. tutoris 2. C. ad leg. Iul. de vi l. in pari. 128. §. hi qui ff. de reg. iur. l. inter 51. §. bonis damnati ult. ff. de fideiuss. Papo lib. 11. tit. si donator possit loco heredis conveniri 2. art. 1. 2.

78 Et poterit eiusmodi donatarius conveniri etiam actione personali, si vel donans sit non solvendo, vel si post eius obitum nullus ipsius heres existat Guido Pap. q. 105.

79 Asiatici, qui de censoribus conduxerunt, quæsti sunt in senatu, se cupiditate prolapsos nimium magno conduxisse: ut induceretur locatio postulaverunt invidiosa res, turpis postulatio, & confessio temeritatis C. icep. ad Att. lib. 1. ep. 14.

De Emphyteusi tributo, & vectigalibus.

1 PArticulare damnum, ex quo non ipsa penitus res perimatur. ad emphyteutam: damnum vero interitus rei totius, ad dominum spectat, si non in contrarium pactiones intervenerint l. 1. C. de iur. emph. §. adeo autem 4. inst. de locat.

2 Emphyteuta, nisi contrario pacto se defendat, ob id quod per totum triennium cessaverit in solutione pensionis, etiam non interpellatus, expelli potest, nulla habita ratione meliorationum l. 2. *C.* de iur. emphyt. Guid. Pap. q. 169. & 438.

3 Nisi minor ætas excuset l. patrimonialis 2. C. de fund. patrim. Guid. Pap. q. 435.

4 Et si per biennium tantum cessaverit. cum ecclesia dedit in emphyteusin auth. qui rem *C.* de sac. eccl.

5 Eoque expulso pignus super ea re ab ipso constitutum evanescit, ipsiusque perit creditori l. lex vectigali 31. ff. de pignor. Guido Pap. q. 428. num. 3.

6 Imo vero emphyteuta non potest expelli, nisi interpellatus, & potest mora purgari ante litem contestatam Guido Pap. q. 107. & 123.

7 Quia illa pœna imposita est à lege, aliud esset si ab homine fuisset imposita Guid. Pap. q. 171.

8 Et si partem tantum solverit non est locus commisso Guido Pap. q. 174.

9 At vero non licet emphyteutæ inconsulto domino meliorationes suas vendere, vel ius emphyteuticum transferre, nisi hoc ei specialiter emphyteuseos instrumento permissum sit l. ult. in pr. C. de iure emphyt. c. ult. de loc. c. 7. de const.

10 Alioquin dominium non transfertur Guid. Pap. q. 46.

11 Et ex pluribus emptoribus, vel donatariis is potior qui prior à domino directo fuerit investitus Guido Pap. d. q. 46. num. 2.

12 Teneturque emphyteuta de deterioratione, & damno per eum dato in re feudali, vel emphyteuticaria Guido Pap. q. 282.

13 Dominus autem directus non potest agere ad commissum, neque laudimia pe-

tere, nisi tunc demum cum secuta fuerit alienationem realis apprehensio possessionis: ficta enim traditio quantum ad hoc non sufficeret Guido Pap. q. 101.

14 Idem obtinet in feudo Guid. Pap. q. 162. 165.

15 Evitatu, etiam commissum si vassallus vendat rem feudalem salvo iure domini, nec alias, nec alio modo Guido Pap. q. 163.

16 Vel sub hac conditione, si potest hoc facere de iure sine amissione iuris, vel pretij Guido Pap. d. q. 163. num. 2.

17 Nam dominum monere debet utrum velit inventum pretium dare, ut sic alij præponatur d. l. ult. ℣. sed ne C. de iur. emphyt.

18 Tunc scilicet cum emphyteuta vendit, secus si donet: nam tunc non habet locum ius prælationis Guido Pap. q. 47.

19 Nec si non sibi rem retinere dominus, sed in alium transferre velit Guid. Pap. q. 411.

20 Quin etiam licet emphyteutæ rei fiscalis vendere fisco non monito l. 1. C. de fund. patr.

21 Et domino per totos duos menses

postquam monitus fuit cessante, emphyteuta ius suum transferre potest d. l. ult. §. sed ne C. de iur. emphyt.

22 Tuncque dominus eum, in quem res transfertur, suscipere debet: dummodo sit persona idonea, & non prohibita: solvendo quinquagesimam partem pretij, seu valoris rei venditæ d. l. ult. §. necessitatem C. de iur. emphyt.

23 In Delphinatu ex translatione per donationem dimidia debentur laudimia Guido Pap. q. 48. num. 2.

24 Et ex permutatione Guido Pap. d. q. 48. & q. 92.

25 Licet de iure nulla debeantur: quia non intervenit pecunia Guid. Pap. ibid.

26 Quid si in permutatione intervenit pecunia? tunc inspiciendum quid actum sit: ut siquidem appareat contrahentes venditionem celebrare voluisse, eo casu laudimia debeantur: si vero permutationem, nulla debeantur in dubio, cum scilicet non apparet de mente contrahentium, tunc si pecunia sit maior pars, vel æqua seu media valoris rei, tunc censetur celebrata venditio: si vero sit minor, tunc censetur facta permutatio d. q. 92. num. 2. faciunt ad

hoc propositum quæ notantur ad q. 155. Guid. Pap.

27 Emptor rei solemniter venditæ ob tributorum solutionem, contra quoscunque securus est l. 1. 2. C. si propt. publ. pensit. l. 1. *C.* de cap. & dist. pign.

28 Ita ut neque prætextu minoris ætatis venditio possit revocari l. ult. *C.* si ob publ. pens. l. quæcunque 5. *C.* de fide & iure hassisc.

29 Nisi fraus, vel dolus intervenerit l. si deserta 2. *C.* si propt. pub. pens. l. 1. C. de præsc. 30. ann.

30 Sed & comparans fundum ea lege ne solvat censum seu tributum, tali pacto non excusatur quin solvere compellatur, quod pro ipsa possessione debetur, etiam reliqua l. 2. ult. C. sine censu & rel. l. inter debitorem 42. ff. de pact.

31 Sed adversus venditorem habet regressum l. epistola 52. §. pactum 2. ff. de pact.

32 Annonas enim & tributa is solvere debet, qui possessiones tenet, & fructus percipit l. æs quidem 2. C. de annon. & trib. nov. de mand. princ. 17. c. coges 8. §. non permittas in fine l. cum servus 39.

§. heres cogitur 5. ff. de leg. 1. qui tamen à fisco auctionante rem comparat, pretium tantum præstat, non etiam reliqua l. ult. & ibi Gothof. C. de censib. l. locorum in fine C. de omni agro des.

33 Nec censualis professio, nec census solutio ab alio celebrata, domino præiudicat l. solemnibus 25. C. de rei vind. l. si functiones 4. C. de donat.

34 Nisi fiat sciente, & non contradicente, vel intra sex menses non reluctante eo: nam tunc præsumitur donatio, nisi contraria voluntas permittentis demonstretur l. censualis 7. l. si præses 8. C. de donat. l. ult. C. de censib.

35 Qui ostendit se tribus proximis annis censum solvisse, retro solvisse præsumitur, nisi probetur contrarium l. quicunque 3. C. de apoc. pub.

36 Gravati à peræquatore habent facultatem conquerendi intra annum, quo elapso non audiuntur ulterius l. qui gravatos 5. C. de cens.

37 Ruina casu fortuito contingente diminui census debet l. forma 4. §. illam 1. ff. de cens.

38 Possidens prædia sterilia, & fertilia

tributo obnoxia, non potest renuntiare sterilibus & fertilia retinere: & si alienaverit fertilia, & ob id efficiatur non solvendo, emptor tenetur ad canonem tam fertilium, quam infertilium l. si quis 2. l. heredes 4. l. qui utilia 5. C. de omni ag. des.

39 Alioquin renuntiatio fieri potest, dummodo res sit in eodem statu, in quo erat tempore constitutionis census, si appareat, sin minus in competenti statu, solvendo reliqua *Car.* 6. 1441. art. 20. 21.

40 Commissum post quinquennium peti non potest l. neque 2. C. de vectig. & com.

41 Nec dominus directus rem capere potest iure commissi, nisi prius declaratione ipsius commissi facta, per iudicem competentem parte vocata Guido Pap. q. 107.

42 Recipiendo canonem renuntiat commisso Guido Pap. q. 171. 172.

43 Nec potest utrunque petere ibid.

44 Nec heres ipsius domini potest petere commissum ex delicto contra dominum defunctum perpetrato Pap. q. 214. num. 4.

45 Agi potest ad commissum ob iniuriam, vel ingratitudinem vassalli maioris

13. annis, & ſcientis rem eſſe feudalem Guido Pap. q. 454.

46 Laudimia pertinent ad uſufruct. feudi, vel emphyteuſeos Guid. Pap. q. 477. num. 2.

47 Inveſtitura vero, & commiſſum ad proprietarium Guido Pap. d. q. 477. num. 1. & 3.

De Mutuo.

1. Falſa mutuo datæ quantitatis demonſtratio, cum obligationis ſubſtantia non ſuficiat, nihil nocet l. ſi ex pretio 6. l. ſi pro mutua 8. C. ſi cert. pet. l. adverſus 5. C. de non num. pec.

2. Si plures ſimul mutuo dant, vel ſtipulantur cuilibet pro parte quæritur actio l. cum te 9. C. ſi cert. pet. l. reos 11. §. cum tabulis 1. ff. de duob. reis.

3. Et è contrario, ſi plures ſimul mutuo accipiunt, vel promittunt, in viriles tantum conveniri poterunt, niſi in ſolidum promiſerint: vel niſi ut in ſolidum ſingulis creditoribus agere liceat concepta ſit ſtipulatio d. l. reos 11. §. & è contrario ult. ff.

de duob. reis l. si duo 1. C. eod. Nou. de reis promittendi 99.

4. Idem si plures deposuerint l. 1. §. sed si duo 44. ff. depos.

5. Plures enim vel simul, vel separatim eodem possunt instrumento contrahere l. eo quod 10. C. si cert. pet.

6. Et licet uni pecunia numeratur, alij tamen possunt, simul in solidum obligari l. propter 4. C. de duob. reis.

7. Numerando pecuniam nostram nomine absentis, & ignorantis, ei quærimus actionem l. certi 9. §. si nummos 8. ff. de reb. cred. l. si ita stipulatus 126. §. Chrysogonus 2. ff. de verb. oblig.

8. Tam personnalem, quam hypotecariam, nec ulla cessione opus est l. cum per 2. C. per quas pers. nob. acq.

9. Et é contra numerantes pecuniam alienam nomine proprio, si ea consumpta sit, nobis quæsita est obligatio l. si à furioso 12. in fine iuncta l. nam & si 13. in pr. & §. 1. l. non omnes 19. §. si pupillus ff. de reb. cred. l. si quis 56. §. si nummos 2. ff. de fideiuss.

10. Civitas mutui datione potest obligari, si ad utilitatem eius pecuniæ versæ sunt:

sunt: alioquin ipsi soli qui contraxerunt, non civitas tenebuntur l. civitas 26. ff. de reb. cred. l. si is 11. in pr. ff. de ping.

De non numerata pecunia.

1. SI in instrumento debiti causa antecedens exprimitur, condemnatur debitor, nisi probet indebitum: si non exprimitur, necesse est ut creditor probet id esse debitum l. adversus 5. l. generaliter 13. C. de non num. pec. l. cum de indebito 25. §. sed hæc ult. ff. de prob. c. 14. de fide inst.

2. Et interim, scilicet cũ causa non exprimitur, istrumenti executio suspenditur Pap. tit. de oblig. nullis art. 1.

3. Nisi cum certæ adsunt coniecturæ ex contrahentium qualitate, ex quibus probalis causæ præsumptio capi possit Pap. ibid. art. 2.

4. Etiam in mutuo, si dictum sit, & expressum numeratam fuisse pecuniam, & coram notario & testibus à debitore acceptam, debitor probare debebit: quia stan-

dum est contractui donec probetur contrarium supra de testib. num. 32.

5. Si vero simplex fuerit confessio sine realitate, tunt intra bennium creditor probare debebit l. si ex cautione tua 3. C. de non num. pec. l. in contractibus in pr. C. eod.

6. At vero causæ expressio inter prohibitas personas non prodest : sed ea non obstante opus est ut ea probetur l. qui testamentum 27. ff. de probat. l. cum quis 37. §. Titia 6. ff. de leg. 3.

7. Sed & ultra id quod accipit re nemo obligatur l. minorem 2. l. cum ultra 9. C. de non num. pec. l. si tibi 17. in pr. ff. de pact.

8. Si vero convenerit ut minus debeatur, non amplius peti poterit, licet plus fuerit acceptum l. rogasti 11. §. si tibi 1. ff. de reb. cred.

9. Qui agnovit debitum exceptionem non muneratæ pecuniæ opponere non potest l cum fidem 4. C. de non num. pec.

10. Neque is qui biennio tacuit l. si intra 8. l. in contractib. 14. in pr. C. de non num. pec.

11. Neque adversus instrumentum depo-

ſiti ſucepti d. l. 14. §. ſed quoniam 1. C. de non num. pec.

12. Securitatemque receptæ dotis, poſt confeſſionem dotalium inſtrumentorum, factam d. l. 14. §. 1. C. eod.

13. Idem obtinet in ſecuritate publicarum functionum ſolutarum d. l. 14. §. 1. C. de non num. pec. l. ſecuritatibus ult. C. de apoch. publ. l. ſecuritates 11. C. de ſuſcept.

14. Vel pretij venditionum à fiſco factarum l. omnes 2. §. ad hæc ult. C. de quad. præſc.

15. Adverſus autem alias ſecuritates exceptio poteſt opponi intra 30. dies d. l. in contractibus 14. §. ſuper cæteris 2. C. de non num. pec.

16. Huiuſmodi autem querela inſcriptis facienda eſt d. l. in contractibus 14. §. ult. & auth. hanc autem c. de non num. pec.

17. Creditori competit adverſus alium eiuſdem debitoris creditorem l. ſi cui 15. c. de non num. pec.

De Indebito.

1. QVi ſciens indebitum ſoluit non repetit l. 1. l. ſi is 24. l. ſi non ſortem 26. §. indebitum 3. & §. qui filioſ. 8. ff. de cond. indeb. l. indebitum 9. C. eod.

2. Etiamſi, vel animo repetendi ſolverit l. quod quis ſciens 50. ff. de cond. ind.

3. Nec qui ſciens indebitum, promiſit, promiſſionem condicere, vel ſolutionem recuſare poterit l. ſed & ſi §. ult. ff. ſi quis caut. l. 43. §. 1. 2. ff. de dam. inf.

4. Repetit vero qui dubitans an debeat ſolvit: maxime ſi fuerit proteſtatus Papo tit. de reſtit. indeb. art. ult. l. pro dubietate ult. C. de cond. ind.

5. Sed & ante diem debitum ſolvens, non repetit l. in diem 10. ff. de cond. ind. l. 1. §. cum dies 1. ff. de cond. & dem.

6. Qui vero ante conditionis eventum per errorem ſolvit, repetere poteſt l. ſub conditione 16. l. qui promiſit 48. l. ſufficit 56. ff. de cond. indeb.

7. Niſi eiuſmodi ſit conditio, quę om-

nimodo extatura est l. quod si 18. l. nam si 17. ff. de cond. indeb.

8. Quin etiam tutus exceptione pœnæ l. si pœnæ 19. in pr. l. qui exceptionem 40. in pr. ff. de cond. ind.

9. Vel rei iudicatæ solvens non repetit l. iudex 28. l. Iulianus 60. in pr. ff. de cond. ind.

10. Tutus vero exceptione iurisiurandi per errrorem solvens, repetit l. si quis iurasset 43. ff. de cond. indeb. l. iusiurandum 40. l. creditore vlt. ff. de iureiur.

11 Quia per iusiurandum omnis tam civilis, quam naturalis obligatio perimitur, ad instar iusti pacti, vel numerationis d. l. ult. ff. de iureiur. l. Stichum 95. §. naturalis 4. ff. de solut.

12 Nam tutus exceptione perpetua per errorem solvens repetit: cum scilicet exceptio peepetua talis est, ut per eam tam civilis, quam naturalis obligatio ipso iure tollatur l. si non sortem 26. §. adeo autem 7. ff. de cond. ind. & d. l. ult. de iureiur. & l. 95. §. 4. de solut.

13 Quod si civilis tantum tolleretur naturali manente, cessaret soluti repetitio ut supra num. 8. 9.

14. Sed & qui dotis nomine marito pecuniam indebitam promisit licet per errorem; ab eo tamen condicere non poterit, neque contra eum agentem exceptione uti l. si donaturus 9. §. si quis ult. ff. de cond. cav. da. l. cum in fundo 78. §. si marito ult. l. quemadmodum 46. §. pater ult. ff. de iur. dot. l. apud Celsum 4. §. sed & si 21. ff. de doli except.

15 Nisi cum in dolo fuit maritus d. l. 4. §. apud Iulianum 22. ff. de doli exc.

16. Item datum remumerandi causa, licet ex falso titulo revocari non potest l. damus 52. l. in summa 65. §. id quoque 2. ff. de cond. indeb. l. Aquilius 27. ff. de donat. adde l. 26. §. 12. ff. de cond. ind.

17 Alias ex omnibus causis, quæ iure non valuerunt, vel effectum non habuerunt, secuta per errorem solutione, repetitioni locus est l. ex his 54. l. eleganter 23. ff. de cond. indeb.

18 Nisi authoritate rei iudicatæ solutum sit l. si fideiussor 29. §. in omnibus 5. ff. mand. l. 36. fam. ercisc. l. res iudicata 207. ff. de reg. iur. l. ingenuum 25. ff. de statu hom.

19 Nec in fraudem legis per collusio-

nem partium lata fuit ſententia : nam tunc condicitur ſolutum l. ſi ſponſus 5. §. ſi uxor 7. ff. de donat. int. vir. Papo de reſtit. ind. art. 1.

20 Idem in tranſactione, quod in re iudicata l. in ſumma 65. §. & quidem 1. ff. de cond. l. non minorem 20. C. de tranſact.

21 In condictione indebiti fructus veniunt, & reliquæ acceſſiones, licet is qui accepit ſit bonæ fidei l. in ſumma 65. §. ei 5. l. indebiti 15. in pr. ff. de cond. ind. l. videamus 38. §. item ſi 2. ff. de uſur.

22 Atqui is non ultra convenitur, quam quod locupletior factus eſt l. ſi non ſortem 26. §. 12. l. in ſumma 65. §. ſic habitatione data 7. ff. de cond. indeb. l. uxori 27. ff. de uſu & uſuf. leg.

23 Sed & uſuræ non veniunt l. 1. C. de cond. ind.

24 Indebitum etiam conſideratur ex parte ſolventis, & repetitio datur contra accipientem l. ſi pœnæ 19. §. quamvis 1. l. tutores 61 ff. de cond. ind. l. Lucius ult. ff. de conſtit. pec. l. ſi à patre 5. C. de cond. ind.

25 Condictio indebiti non nisi longissimo tempore præscribitur l. indebiti 15. §. sed & si ff. de cond. ind.

De Constituto.

1 QVi sic constituit satisfiet à me, & ab illo, & illo solus tenetur pro rata Nov. ut cum de app. cognosc. 115. c. ad hoc 6.

2 Qui vero sic satisfiet à me, aut ab illo, & illo solus tenetur in solidum, aliis non consentientibus d. Nov. 115. c. 6.

3 Qui vero sic, satisfiet, nullo modo tenebitur d. c. 6. in fine.

4 Vt neque is qui alium soluturum promisit l. cum qui 5. §. sed si quis 4. ff. de const. pec.

5 Aliud esset si promiserit se effecturum ut alius solveret §. si quis 3. instit. de inur. stip.

6 Etiam mulieres de censtitura tenentur, nisi intercesserint l. 1. §. ait prætor 1. ff. de const. pec.

7 Tenetur & filiusf. d. l. 1. §. sed si 3. ff. de const. pec.

8 Et in quacunque re debita tenet constitutum d. l. 1. §. debitum autem 6. cum seq. & l. quod si 2. cum seq. usque ad leg. 10. l. promissor 23. ff. de const. pec.

9 Non autem in indebita l. quod si 3. §. si quis 1. l. hactenus 11. iuncta l. sed si 12. ff. de const. pec. l. receptitia 2. C. eod.

10 Sed sufficit tempore constituti fuisse debitum, licet postea desinat esse debitum: nam temporalis actio per constitutum redditur perpetua l. item illa 18. §. quod adiicitur 1. ff. de constit. pec.

11 An idem in eo qui pro se, & in eo qui pro alio constituit, ut ipse post extinctam tempore actionem teneatur, licet debitor liberatus sit, atque ita nullum regressum contra eum habeat constituens. Ita forte videatur: quia æquum non est eius interventu, vel debitorem sua exceptione privari, vel creditorem debito suo cadere, qui alioquin debitorem ad solvendum compulisset. Nec eo moveor quod tutor fideiussor debitoris pupilli sui, solvens post extinctam tempore obligationem nihilominus habet mandati actionem l. tutor,

datus 69. ff. de fideiuss. Quia tutor præsumitur à seipso exegisse, & soluisse tunc, id est intra tempus actionis. Nam illud debitum in rationes tutelæ acceptum referre debet, atque ita mirum videri non debet, si cum reum principalem antequam temporaria actio esset extincta, liberaverit, contra eum habeat regressum : hic vero nihil simile.

12 Quin imo tenet constitutum licet in eo plus sit tempore, vel loco l. quod si 3. §. ult iuncta l. sed & si 4. & l. eum qui 5. in pr. ff. de constit. pec.

13 Et licet aliud quam quod debetur, constituatur l. hoc edicto 1. §. an potest 5. ff. de const. pec.

14 Quanvis contra sit in fideiussione l. si ita 42. l. Græcè 8. §. illud commune 8. cum seq. ff. de fideiuss.

15 Quod tamen sub conditione debetur sive pure, sive certo die constituatur, eadem conditione suspenditur l. id quod 19. ff. de const. pec.

16 Beneficium divisionis pluribus pro alio constituentibus competit l. ult. C. de constit. pec.

De Vsuris.

1. VSuræ solemniter promissæ peti possunt, licet non fuerint in instrumento comprehensæ l. 1. C. de usur.

2. Pacto vero nudo promissæ peti non possunt: sed per retentionem pignorum servari possunt, si pignora etiam pro usuris obligata fuerunt l. per retentionem 4. l. pignoribus 22. c. de usur.

3. Et solutæ repeti non possunt l. quamvis 3. c. de usur.

4. Quod obtinet etiam si de eis præstandis nulla neque stipulatio, neque conventio intervenerint l. si non sortem 26. ff. de cond. indeb.

5. Qui tamen eas aliquoties solvit, deinceps solvere non cogitur l. creditor 7. c. de usur.

6. Nisi in earum solutione longo tempore parseveraverit l. cum de in rem 6. ff. de usur.

7. Sed is qui minores debens maiores per errorem solvit, repetit id quod plus sol-

in usus suos converterit l. idemque 10. §. si procurator 3. & §. si mandavero 8. ff. mand. l. Caius Seius 11. l. 1. §. socius 1. ff. de usur. l. socium 60. in pr. ff. pro soc. l. quamvis 6. §. si creditor ult. ff. de pign. act. l. atqui 19. §. non tantum 4. ff. de neg. gest.

14. Nisi cum accipiens usuras suo nomine periculoque crediderit: tunc enim non eas quas consecutus est, sed solitas tantummodo prestabit d. l. 10. §. si mandavero 8. ff. mand. l. Titium 47. §. præfectus 4. ff. de adm. tut.

15. Veniunt etiam sine mora usuræ cum quis in negotia aliena pecuniam usvrariam impendit l. si vero 12. §. si mihi 9. ff. mand. l. si unus 67. §. si quid 2. ff. pro soc. l. & in contraria 37. ff. de usur.

16. Et cum mandatarius pecuniam creditori non soluit, quam ei debitor ad solvendum dederat l. si vero 12. §. dedit tibi 10. ff. mand.

17 Præterea debitores qui à semetipsis exigere debent, sine ulla interpellatione tenentur ad usuras, & ad pœnam debitam, nec præscriptionem opponere possunt l. si negotia 31. ff. mand. l. si pupilli 6. §. via

deamus ult. iuncta l. quia 7. & l. si autem 8. in pr. l. qui sine 38. ff. de usur.

18 Pœna ob non factam solutionem certo tempore, ultra legitimas usuras non præstatur l. cum allegas 15. l. cum non 16. C. de usur.

19. Sed & propter moram solutionis non præstantur nisi legitimæ usuræ, licet pluris intersit l. venditor ult. ff. de peric. & com. rei ven.

20 Nec non usuræ ultra legitimum modum condicuntur solutæ, vel in sortem imputantur l. eos 26. §. si quis autem ult. l. indebitas 18. C. de usur. l. si non sortem 26. in pr. ff. de cond. ind.

21 Non sunt illegitimæ usuræ si quis utatur fruatur ipse, non autem alij locet, re cuius reditus excedit legitimas usuras l. si ea pactione 14. C. de usur.

22 Nam propter fructuum incertum eventum concessæ sunt maiores usuræ l. si ea lege 17. C. de usur.

23 Et propter valoris incertitudinem l. oleo 23. C. de usur.

24 Propter quam & excusantur usuræ c. 6. & ult. de usur.

25 Præteriti vel futuri temporis in sor-

tem usuras redigere, & earum iterum usuras stipulari non licet l. ut nullo 28. C. de usur. l. sancimus ult. C. de usur. rei iud.

26 Contractus venditionis usurarius præsumitur in quo est modicitas pretij cum pacto retrovendendi intra certum tempus c. 5. de empt.

27. Vt & cum convenit ut fructus iu sortem computarentur, & aliquid supra sortem reddatur: præsertim si emptor solitus sit fænerari c. 4. de pign.

28. Quin etiam venditio casualis reprobatur: quia sapit usuram Guido Pap. q. 6. num. 3.

29. Simpliciter vero solutum cedit in debitum usurarum l. si usuras 21. C. de usur. l. in potestate 1. C. de solut.

30. Item pecunia redacta ex venditione pignoris, prius in usuras, deinde in sortem computatur l. cum & sortis 35. in pr. ff. de pign. act. l. fideiussores 68. §. pro Aurelio. 1. ff. de fideiuss.

31. Condemnatione facta iis non adiectis non debentur l. in bonæ fidei 13. C. de usur. l. si deposita 4. C. dep. l. Stichus ult §. Lucius ult. ff. de cond. ind.

32. Neque fructus Guido Pap. q. 405. num. 2.

33. Sic & sorte soluta l. qui per collusionem 49. §. pretij ult. ff. de act. empt.

34. Vel præscripta, usuræ peti non possunt: neque fructus re præscripta l. eos 26. in pr. C. de usur.

35. Vsuræ vicem fructuum obtinent l. usuræ 34. ff. de usur.

36. Non est usurarius contractus si quis mutuum det ad mercandum, ita ut lucrum & damnum commune sit Guido Papæ q. 186.

De Deposito.

1. DEpositarius dolum tantum & latam culpam præstat l. si incursu 1. c. depos. l. quod servus 11. l. quod Nerva 32. l. depositum 1. §. si rem 32. & §. eleganter 33. ff. depos. l. obligationes 1. §. is. quoque 5. ff. de oblig. & act.

2. Ideoque re subrepta furti non habet actionem, sed dominus: quia si sit in dolo non debet ex dolo suo furti quærere actionem: si vero non sit in dolo eius non

interest,

inter est cum non teneatur §. sed is 17. instit. de oblig. quæ ex del. iuncta l. eum qui 14. §. is autem 3. & §. Iulianus 4. ff. de furt.

3. Et pactum ne dolus præstetur non valet: ne depositi agere liceat valet l. si unus 27. §. illud 3. ff. de pact.

4. Si tamen depositarij tantum causa fiat depositum ad eum periculum spectat omnimodo l. si quis 4. in pr. ff. de reb. cred.

5. Et si illud convenerit l. si ut certo 5. §. nunc videndum 2. ff. commod. l. depositum 1. §. si convenit 6. & §. sepæ evenit 35. ff. depos. l. iurisgentium 7. §. sed. & si 15. ff. de pact. l. & Aristoni 39. ff. mand.

6. Et propter dolum admissum l. depositum 1. §. si rem 25. ff. depos.

7. Et moram factam l. si in Asia 12. §. quemadmonum ult. ff. depos.

8. Nisi naturali interitu res perierit l. si plures 14. §. sive autem ff. depos. facit l. is qui 44. ff. ex quib. cau. mai.

9. Quod si mercedem receperit depositarius tenetur de omni culpa, & tunc non proprie depositum, sed locatio est l. 1. §. si vestimenta 8. & duob. seq. ff. depos.

10. Tenetur etiam de omni culpa is qui

se deposito obtulit d. l. 1. §. sæpe evenit 35. ff. depos. C. ult. depos.

11 Fit quoque periculo depositarij pecunia deposita qua ei uti permissum est, sive usus sit, sive non, cum ex post facto permissio indulta est. Quod si ab initio sic actum est uteris si voles, non fit periculo depositarij, nisi tunc demum cum usus fuerit l. certi 9. §. deposui ult. iuncta l. quod si 10. ff. de reb. cred. l. 1. §. si pecunia 34. ff. depos.

12 Alioquin depositarius utens re deposita tenetur furti, vel ad usuras & interesse l. si depositi 3. C. depos. l. si sacculum 29. in pr. ff. eod.

13 Sed & post rei interitum condictione tenetur l. qui furtum 16. ff. de cond. furt.

14 Nec ideo minus quod in dolo non esset cum res periret, dummodo semel dolo fecerit l. 1. §. si rem 25. ff. depos.

15 Dolo facit depositarius qui rogatus non reddit, si reddendi facultatem habeat d. l. 1. §. est autem 22 & §. quia autem ult. & l. quid ergo 2. & l. plane 3. & l. sed & 4. ff. depos.

16. Reddere tamen non tenetur si condi-

tio depositionis non extitit d.l. 1. §. 22. in fine ff. depos. l. propter. 5. C. eod.

17. Sed & is à dolo excusatur qui non reddit ei, quem procuratorem, vel heredem esse deponentis ignorabat l. si quis 13. in pr. ff. dep.

18. Alioquin nulla de causa retardari debet, vel impediri depositi restitutio l. si quis 11. C. dep. nou. dep. 88. C. 1. depos.

19. Hoc tamen non impedit, quin dominus rem suam à depositario vindicet l. 9. ff. de rei vind. l. 4. ff. ad exhib. l. bona fides 31. l. 1. §. si prædo 39. ff. depos. l. quod servus 35. ff. de solut.

20. Si autem depositum dividuum sit, uni ex heredibus repetenti solvitur pro parte: si individuum sit, ei solvitur in solidum, si ipse idoneé caveat d. l. 1. §. si pecunia 36. l. si plures 14. in pr. ff. depos.

21. Tutissimum est iudicis iussum expectare l. si stipulatus sim 81. §. si lancem ult. ff. de solut.

22. Isque qui portionem suam recepit, eam si reliquum depositum postea perierit, cæteris communicare non cogitur l. supervacuam ult. C. depos.

23. Depositum ibi redditur ubi est, nec interest ubi depositum sit, si dolo careat depositarius l. si in Asia 12. §. depositum 1. ff. depos.

24. Nisi alio velit perferri deponens suis impensis suoque periculo ibid. in fine.

25. Nam & quod fieri debet in re deposita intelligitur fieri debere expensis deponentis, nisi aliter convenerit d. l. 12. in pr. ff. depos.

26. Datur actio depositi in heredem in solidum, etiam ex dolo defuncti l. si hominem 7. §. datur 1. l. de eo 18. ff. depos. l. ex contractibus 49. ff. de oblig. & act.

27. Depositarij fideiussor tenetur ut id præstet, quod depositi actione præstari solet l. 1. §. dem Pomponius 14. ꝟ. plane ff. dep.

28. Sequestro officium deponere permitti non debet, nisi iustissima de causa l. ei apud quem 5. §. si velit ult. l. proprie 6. l. licet 17. ff. depos. l. 5. 6. ff. fam. erc.

29. Sequester possidet cum contendentes in possessionis conflictu, mutuo consensu deponunt, omittendæ possessionis causa d. l. licet 17. §. rei ult. ff. depos. l. interesse 39. ff. de acq. poss.

30. Ad ſequeſtrationem procedi non debet niſi parte vocata niſivé conſtet de iure requirentis, & legitima ſubſit cauſa ſuſpitionis, vel timor ne partes veniant ad arma Guido Pap, q. 246.

31. Tolli debet ſi poſſeſſor idonee caveat Guido Pap. d. q. 246. num. 6.

De cæteris Contractibus.

1. DAta ſponſæ certa lege ea non impleta condicuntur l. ſi cum 7. C. de donat. ant. nup.

2. Et res donata ea conditione ne alienetur, ſi contra fiat condici poteſt à donatore & hærede eius l. ea lege 3. C. de cond. ind.

3. Condici vero non poterit, ſi cauſa pro qua data eſt, non culpa accipientis, ſed caſu fortuito ſecuta non ſit l. pecuniam 10. C. de condict. ob cau. l. dedi 3. §. quid ſi 3. & §. quinimo 4. d. cond. cau. da. l. ſi pecuniam 5. §. ſed ſi 3. & §. ſed ubi ult. eod. l. naturalis 5. §. & ſi quidem 1. in fine ff. de præſcr. ver.

4. Alioqui repeti poteſt ſi dantem pœ-

niteat, cum nondum causa secuta est, nec per casus fortuitos contigerit ne sequi possit. Nam tunc donec causa utrinquæ secuta non est, pœnitentiæ locus est l. si pecuniam 5. §. si servum 1. & §. item 2. l. dedi 3. §. sed si 2. l. si ob rem 1. §. si parendi ult. l. sed & 2. ff. de condict. cau. dat.

5. Ita tamen ut indemnitas alterutri præstetur, eius quod ei abest, ob eam causam l. si pecuniam 5. in pr. ff. de cond. cau. da.

6. Sed advertendum pœnitentiæ locum non esse, si contractui innominato stipulatio intervenerit l. ex placito 3. l. cum precibus 4. C. derer. perm. l. nuda 5. C. de cont. stip.

7. Et repetitio non datur contra tertium, cui accipiens rem tradidit d. l. cum precibus 4. C. de rer. permut.

8. Si solius accipientis turpis sit causa, licet ea secuta sit datum nihilominus condici potest l. omne 1. §. quod si ult. iuncta l. ut puta 2. l. idem 4. §. quoties 2. l. ex ea 7. ff. de condict. ob turp. cau. l. ob restituenda 6. l. eum ult. *C.* eod.

9. Tantummodo, non etiam usuræ peti possunt l. quoties 4. C. de cond. ob tur. cau.

10. Si vero ſolius dantis l. idem 4. §. ſed quod 3. ff. de cond. ob turp. cau. l. affectionis 5. ff. de donat.

11. Vel utriuſque tam donantis, quam accipientis turpitudo verſetur, repetitio non eſt l. ubi autem 3. & l. idem 4. in pr. & §. 1. ff. de cond. ob tur. cau. l. cum te 2. C. eod. l. in heredem 5. ff. de calumn. l. ſi procurator 9. ff. de doli except.

12. Niſi metus dationi cauſam præſtiterit l. nec timorem 7. §. proinde ult. l. iſti quidem 8. ff. quod met. cau. l. ſi à ſervo 51. ff. de cond. ob. tur. cau.

13. Ob promiſſa vero denegantur actiones l. ſi ex cautione 1. l. mercalem 5. C. de condict. ob tur. cau.

14. Solutum tamen ex huiuſmodi promiſſione repeti non poteſt l. ſi ob turpem 8. ff. eod.

15. Qui prætextu officij aliquid per concuſſionem accepit acceptum reſtituit, & criminaliter punitur l. quod evitandi 3. C. de cond. ob tur. cau. 14. q. 5. can. ult.

16. Et qui pecuniam accipit ut id faciat, quod gratis facere tenetur, turpiter accipit, & ab eo condici poterit l. ſi veſti-

menta ult. ff. de cond. ob tur. cau. l. potes ult. ff. dep.

17. Non est vero turpis causa accipiendi si quis accipiat, ut indicet fugitivum l. solent 15. ff. de præsc. verb.

18. Vel furem l. idem 4. §. si tibi ult. ff. de condict. ob turp. cau. & ibi Gothof.

De Donationibus.

1. OLim traditione perficiebatur donatio & mortuo donatore antequam rem donatam tradidisset extinguebatur donatio l. si ego 9. §. si res 1. ff. de iur. dot. l. si cum 2. §. sed si 6. ff. de donat.

2. Si tamen post mortem donatoris res traderentur, fiebant accipientis l. hoc iure 19. §. si quis 3. ff. de donat.

3. Et ante traditionem res donata validé à donatore pignori supponebatur l. ad eum ult. §. lucius 1. ff. de donat.

4. Hodie vero non extinguitur: nam heredes rem donatam tradere tenentur, nec ideo inutilis est donatio, quod traditio non intervenerit l. si quis 35. §. sed siquidem 5. C. de donat.

5. Et hoc quidem ſive ſpeciei d. l. 35. §. ſed & 4. C. de donat.

6. Quod ſi non habeat ſpecies donatas tenetur ad æſtimationem d. l. 35. ſin autem 3. C. de donat.

7. Non tamen convenitur donator niſi in quantum facere poteſt l. cum ex cauſa 30. l. inter eos 19. §. is quoque ult. & l. exheredatum 49. l. ne liberalitate 50. l. Neſennius §. ult. ff. de re iud.

8. Nec tenetur ad reſtitutionem, fructuum conſumptorum d. l. Neſennius 41. §. fundum 1. ff. de re iudic. l. in ædibus 9. §. ex rebus 1. ff. de donat.

9. Nec ad uſuras l. liberalitatis 16. in pr. ff. de uſur.

10. Nec ædilitia actione conveniri poteſt, niſi ratione doli l. ad res donatas 62. ff. de æd. ed.

11. Sed non tenetur de evictione niſi expreſſa ſtipulatione interveniente l. Ariſto 18. §. labeo ult. ff. de donat. l. quoniam 2. c. de evict.

12. Hoc ita ſi ab ipſo donatario conveniatur: nam ab eo cui facta eſt delegatio, ſive ex cauſa oneroſa, ſive lucrativa in ſolidum conveniri poteſt l. Neſennius 41.

in pr. ff. de re iud. l. si Titius 33. ff. de novat.

13. Quin etiam eius fidejussor, & heres in solidum convenitur, quia est beneficium personnale d. l. Nesennius 41. in pr. ff. de re iud.

14. Donatione generis facta debet in ipso genere traditio sic fieri; ut fraus donationi non fiat, nec quod optimum, vel quod minimum est in eo genere tradi debet, sed mediocre l. si quis 35. in pr. & 1. 2. C. de donat. facit lex ratum 13. ff. de solut. l. legato 37. ff. de leg. 1.

15. Inde fit ut donator patris bonorum omnium, possit rem unam pro solido alienare, dummodo ex reliquis bonis possit donationi satisfieri Papo tit. de donat. art. 13.

16. Confessio donnationis, vel debiti in ultima voluntate facta, habet vim fideicommissi si aliter de donatione, vel debito non appareat l. si donatio 5. C. de donat. l. ex hac scriptura ff. eod. l. 88. §. 1. ff. de leg. 2. l. Lucius 93. §. Semproniæ 1. ff. de leg. 3.

17. Ideoque ex huiusmodi professione

ei non ſolvitur, qui plus capere non poterat; niſi revera debitum fuiſſe demonſtret l. qui teſtamentum 27. ff. de probat. l. cum quis decedens 37. §. Titia 6. ff. de leg. 3.

18. At non idem ſi in rationibus inſcriptio debiti facta ſit: nam tunc inefficax eſt profeſsio l. nuda ratio 26. ff. de donat.

19. Quælibet inter vivos tam ſimplex, quam propter nuptias, & generaliter quocunque titulo facta donatio, fit irrita, & pro non facta habetur, niſi fuerit a donatario perſonaliter, vel per procuratorem ad hoc ſpecialiter conſtitutum acceptata, & inſinuata actis loci ubi res ſitæ ſunt, & ubi portium domicilium conſtitutum eſt franc. 1. 1539. art. 132. 133.

20 Debet autem fieri inſinuatio apud acta iuriſdictionis regiæ henr. 2. 1549. art. 3.

21 Intra quatuor menſes, vel ſex menſes quentum ad eos qui abſunt à regno Carol. 9. 1566. art. 58.

22 Nec effectum habet niſi à die inſinuationis, & acceptationis ibid.

23 Quæ quidem inſinuatio fieri poteſt

etiam post mortem donatoris, vel donatarij, dummodo intra tempus præfinitum fiat Car. 9. 1566. art. 58. in fine.

24 Sed & ipsa acceptatio fieri potest absente donatore eo tamen vivo, dummodo instrumento acceptationis inseratur instrumentum ipsius donationis henr. 2. 1549. art. 5.

25 Insinuatione non indiget donatio principis in privatum l. Sancimus 34. in pr. ℣. Exceptis C. de donat.

26 Si tamen mille aureos excedat eius verificatio fieri debet in camera computorum henr. 3. 1579. art. 354.

27 Neque è converso donatio privati in principem insinuatione indiget Authen. Item C. de donat.

28 Neque donatio facta in redemptionem captivorum l. si quis 36. in pr. C. de donat.

29 Licet reliquæ ad pias causas donationes insinuari debeant d. l. sancimus 34. §. alias vero 1. C. de donat. l. si quis 15. l. illud 19. C. de sacros. Eccles.

30 Sed & neque donatio ducis belli militibus facta insinuatione indiget d. l. si

quis pro redemptione 36. §. simili C. de donat.

31 Neque donationes factæ ad reficiendas domos incendio corruptas d. l. 36. §. eandemque 2. C. de donat.

32 Denique donatio nulla est, quæ tutoribus vel curatoribus, vel aliis administratoribus, sive inter vivos, sive in ultima voluntate facta est franc. 1. 1539. art. 131.

33 Pendente administratione, sive eis directo, sive per interpositum personam. Hen. 2. 1549. art. 2.

34 Quam quidem administrationem Senatus Tolozanus durare censuit quousque rationes redditæ, & reliquo soluta sint, ut refert Maynard. notab. quæst. lib. 2. c. 92.

35 Idem Senatus hanc constitutionem censuit protendi debere ad magistros artis cuiuslibet, ut idem refert Maynard. ibid.

36 Præterea donata ea lege ut alimenta præstentur, non solum condicuntur, verum etiam vindicantur, si legi satis non fiat l. si doceas 1. C. de donat. quæ sub.

37 Sed & modus donationi adiectus omnimodo servandus est, v. g. si dictum sit, ut res donatæ post certum tempus re-

stituantur, vel donatori, vel alteri l. si rerum 2. l. quoties 3. C. de donat. quæ sub mo.

38 Revocatur etiam donatio propter supervenientes liberos, cum tempore donationis nullos donator haberet l. si umquam 8. C. de revoc. don.

39 Nec tantum ab ipso donatore, sed etiam ab herede eius Guido Pap. q. 114. num. 3.

40 Ingratitudine etiam donatarij revocari potest ab ipso donatore, non autem ab eius herede l. etsi 1. & l. generaliter ult. C. de revoc. don. l. donationes 31. §. Species 1. ff. de donat.

41 Nisi iam à donatore defuncto inchoata fuisset, vel præparata ingratitudinis querela Guido Pa. quæst. 114.

42 Vel præcessisset aperta voluntas revocandi Guido Pa. q. 214.

43 Sed mater quæ secundo nupsit donationem filio factam revocare non potest, nisi tribus de causis l. his solis 7. iuncta aut. quod mater C. de revoc. donat.

44 Neque mater abiectæ pudicitiæ d. l. 7. ℣. de cæteris autem C. de revoc. don.

45 Revocata autem donatione, non revocatur alienatio a donatario facta ante

coeptam revocationem, ſed donator loco rei vindicationis habet perſonalem actionem contra donatarium d. l. 7. ℣. quicquid igitur C. de revoc. don.

46 Idem obtinet ſi convaluerit is qui mortis cauſa donaverat, atq; ob id revocetur donatio l. ſi filiof. 19. l. illud generaliter 37. §. Iulian. ult. ſi is 39. ff. de mort. cav. don.

47 Si qui invicem ſibi mortis cauſa donaverint, pariter deceſſerint, neutrius heres repetet, quia neuter alteri ſuperuixit. Idem iuris eſt ſi pariter maritus, & uxor ſibi donaverint l. ſi qui 26. ff. de mort. cav. donat.

48 Vbi ita donatur mortis cauſa, ut nullo caſu revocetur, cauſa donandi magis eſt, quam mortis cauſa donatio: Et ideo perinde haberi debet, atque alia quævis inter vivos donatio l. ubi ita 27. ff. de mort. cav. donat.

49 Quin etiam infirmus abſolutè donans, non præſumitur mortis cauſa donare nisi de reddendo conveniat l. ſeia 42. §. cum pater ult. ff. de mort. cav. donat.

50 Cenſebitur vero mortis cauſa donatio, ſi & mortis, & de reddendo, mentio

fiat d. l. seia 42. in pr. ff. de mort. cav. donat.

51 Donatio facta filio in potestate confirmatur emancipatione, si res fuit filio tradita, vel reperitur in possessione de voluntate patris tacita, vel expressa l. si emancipatis 2. C. si quis alt. vel sibi l. donationes 31. §. patet 2. ff. de donat.

52 Confimatur etiam iuramento Patris Guido Pa. q. 146.

53 Sed & valet donatio filio existente in potestate facta contemplatione matrimonij Guido Pap. qu. 145.

54. Nec mortuo filio revertitur ad patrem res donata sed pertinet ad heredes filij nisi pater fuerit stipulatus ut mortuo filio ad se reverterentur Ant. Faber. in suo Cod. tit. de legit. hered. def. 5. Guid. Pap. q. 147.

55. Is qui se obligat. ad is ad quod scit se non teneri, donare censetur l. campanus 47. ff. de oper. lib.

56. Donatio ob merita valet licet non probentur merita, nisi in donationibus de iure prohibitis: tunc enim necessaria est meritorum probatio Guido Pap. q. 95.

57. Bonorum vero donatorum cum clausine

ſula conſtituti, ſub conditione ſi donator ſine liberis deceſſerit ſtatim eo mortuo ſine liberis, in donatarium tranſit dominium Guido Pap. q. 268.

De Societate.

1 SOcietas omnium bonorum duplex eſt; una ſimplex, & tacita ſine diſtinctione facta, in qua omnia conferuntur, quæ ex opera & induſtria pervenerunt, non autem hereditas, neque legatum, neque donatio. l. coiri 7. cum ſeq. uſque ad 14. & l. duo 71. §. duo ult. l. cum duobus 52. §. idem Papinianus 8. ff. pro ſoc. l. 39. §. 3. ff. fam. erc.

2 Altera vero ſpecialis, & expreſſa, in qua omnia veniunt conferenda, etiam hereditas, & legatum, & donatio, tam ſimplex, quam mortis cauſa, & alia omnia l. ſocietas 1. §. in ſocietate iuncta l. quia 2. & l. ea vero 3. in pr. & §. cum ſpecialiter 1. l. cum duobus 52. §. ſocium 16. l. ſi ſocietatem 73. ff. pro ſoc.

3 Non tamen confert ſocius ea quæ ex prohibitis cauſis acquiſiit, neque ea repe-

tit, quæ ob maleficium suum impendit l. cum duobus 52. §. ibid. 17. & §. per contrarium ult. l. quod autem 53. l. adeo 59. §. quod in alea ult. ff. pro soc.

4 Plane si in medium collata sint, commune erit lucrum, nec aliter ea recipiet qui contulit, quam si damnatus sit, ita ut etiam pœna de communi re solvenda sit, si de socij consensu sic acquisita collata fuerint d. l. quod autem 53. in fine iuncta l. quod enim 54. l. si igitur 55. l. nec quicquam 54. l. si igitur 55. l. nec quicquam 56. l. nec prætermittendum 57. ff. pro soc.

5 Sed & dotem uxoris suæ maritus soluta societate præcipit, nisi eius lucro cedere debeat: nam tunc inter socios veniret dividenda l. actione 65. §. si unus ult. l. quod si 66. l. si socius 81. ff. pro soc.

6 Non tantum quia apud eum esse debet qui sustinet onera matrimonij: Sed etiam quia socij non est, sed eius uxoris, ad quam dominium dotis pertinet, & cui restitui debet soluto matrimonio.

7 In societate dolus & culpa levis non autem levissima, tam ab herede, quam heredi præstantur l. actione 65. §. morte

9. l. socius 72. ff. pro soc. l. cum duob. 52. §. 1. 2. eod.

8 Nisi in re quam æstimatam socius recepit: quia custodiam præstare debet, qui rem æstimatam accepit l. cum duobus 52. §. damna 3. ff. pro soc.

9 Et quidem culpam præstat heres socij, tam ex persona sua, quam defuncti l. nemo potest. 35. l. & acti 36. ff. pro soc.

10 Nam & inchoata per defunctum socium debent per eius heredem explicari l. heres 40. ff. pro soc.

11 Damna vero quæ fortuitis casibus eveniunt, si culpa casum non præcessit communia sunt, etiamsi rem æstimatam socius receperit d. l. cum duobus 52. §. damna 3. ff. pro soc. l. si merces 25. §. vis maior 6. ff. loc.

12 Vt & damnum fortuitum uni socio dum dat operam societati, eiusque occasione contingens, commune est d. l. cum duobus 52. §. quidam 4. l. socium 60. §. socius ult. iuncta l. secundum 61. l. si id 58. in pr. & §. item celsus 1. ff. pro soc.

13 Qui ab uno sociorum assiscitur socius, ei soli non etiam cæteris socius est: sed factum eius societati repræsentare tene-

tur l. qui admittitur 19. cum seq. usque ad 24. ff. pro soc.

14 In qua quidem societate damni cum lucro, seu negligentiæ cum industria, compensatio non cadit l. de illo 23. §. idem quærit ult. cum l. seq. usque ad 27.

15 Sed & ratione doli lucrum communicatur, non autem damnum l. 6. §. 2. ff. comm. divid.

16 Et si ita convenerit §. de illa 2. instit. de soc.

17 Dummodo tanti sit opera, quanti damnum est, alioquin non valet conventio: quia societas ius habet fraternitatis glossa ibid. & ad §. 1. l. 29. ff. pro soc.

18 Socius rem quam proprio nomine emit, vel usuras quas consecutus est eius pecuniæ, quam suo nomine fæneravit (licet communis esset) communicare non cogitur: nisi omnium bonorum, vel eius rei quæ empta est, vel ut pecunia communis fœnori daretur, coita sit societas, sed tunc socio competit actio ad interesse l. si unus 67. §. si unus 1. l. cum duobus 52. in pr. l. si quis 74. l. actione 65. §. item 4. ff. pro soc. l. si patruus 4. C. comm. ut iud.

19 Vt & cum pecuniam communem socius in usus proprios vertit, vel in reddendo moram commisit l. socium 60. in pr. ff. de usur.

20 Si idem fecerit heres socij non tenebitur, nisi post moram d. l. socium 60. in pr. ff. pro soc.

21 Si damni & lucri partes fuerint societati adiectæ licet inæquales, erit servanda conventio, si habita fuerit ratio, & quædam servata proportio capitalis vel industriæ l. si non 29. §. 1. l. Mucius 30. ff. pro soc. §. de illa 2. instit. de soc.

22 Si non fuerint adiectæ, tunc partes erunt æquales, si æquale fuerit sociorum capitale, & industria, operave æqualis: alioquin partes fieri debent pro modo capitalis, industriæ & operæ. Nam si horum habenda est ratio cum partes fuerunt ascriptæ: quanto magis quando non fuerunt ascriptæ? deniq; tota res ad boni viri arbitrium referenda est l. si non 29. in pr. l. societates 5. §. societas, l. illud 83. l. societatem 76. iuncta l. 77. 78. 79. 80. ff. pro soc.

23 Si vero de lucri tantum, nihil de damni partibus convenerit, eadem tamen

proportio in utroque servabitur §. illud expeditum est 3. instit. de soc.

24 Socius non tenetur nisi in quantum facere potest l. verum est 63. in pr. iuncto §. id quod 3. & § item videndum 4. & §. tempus 6. ff. pro soc.

25 Eius tamen fideiussor in solidum tenetur, cæteriq; omnes qui ex eius persona conveniri possunt d. l. verum est 63. §. videndum est 1. & §. patri 2. ff. pro soc.

26 Hoc privilegium denegatur ei, qui negavit se socium esse l. si unus 67. §. non alias ult. ff. pro soc. l. sed hoc 22. §. quod autem ult. ff. de re iud.

27 Et ei qui dolo desiit posse facere l. verum est 63. §. hoc quoque 7. ff. pro soc. d. l. 22. §. ult. ff. de re iud.

28 Vt qui bona sua erogavit in fraudem futuræ actionis: at qui occasione acquirendi usus non est, dolo desiisse posse facere non censetur l. nemo ex sociis 68. §. illud ult. ff. pro soc. l. 1. in fine iuncta l. idem erit 2. & l. 3. 4. 5. 6, usque ad §. 6. ff. quæ in fraud. cred.

29 Qui tamen dolo non admisit possessionem tenetur petitione hereditatis l. sed etsi 25. §. perinde 8. ff. de petit. her.

30 Id quod minus ſocius facere poteſt omnium ſociorum damno cedit, licet quidam partem ſuam integram iam exegiſſet: nam eam ſociis communicare cogitur l. verum eſt 63. §. ſi cum 5. l. ſi unus 67. in pr. ff. pro ſoc.

31 Quod tunc intelligo procedere, quando aliquis ſociorum eo tempore quo diſſoluta fuit ſocietas, erat non ſolvendo: alioqui deſidia non agenti poſſet imputari, & agenti diligentia prodeſſet, argumento eius quod habetur l. ult. C. depoſ.

32 Pactum ut heredes aſtricti ſint ſocietati, nullius eſt momenti l. cum duobus 52. §. idem reſpondit 9. ff. pro ſoc.

33 In ſocietate tamen vectigalium heres ſocij manet aſtrictus ſocietati l. adeo 59. in pr. l. verum eſt 63. §. in heredem 8. ff. pro ſoc.

34 Quin etiam effectus ſocietatis durat poſt mortem ſocij, in his quæ per cohærentiam ante acta conſequuntur l. actione 65. §. ſi in rem 2. l. heres 40. ff. pro ſoc.

35 Et in his quæ ante ſcientiam mortis ſocij, facta ſunt l. actione 65. §. item 10. ff. pro ſoc.

36 Et in diviſione facienda habetur ra-

tio eius, quod in communionem impensum est ante divisionem, licet iam distracta esset societas d. l. actione 65. §. si post distractam 13. ff. pro soc.

37 Intempestiva, vel dolosa renuntiatio non soluit societatem, nisi in præiudicium solius intempestivè renuntiantis l. sed & 17. §. si absenti 1. & §. in societate ult. l. si servus 18. l. actione 65. §. diximus 3. & §. 4. 5. 6. ff. pro soc.

De Negotiis gestis.

1 SI negotium geritur nomine eius ad quem non spectat, ex eius ratihabitatione, negotium ad eum pertinere dicitur l. si pupilli 6. §. item quæritur 9. & §. idem ait 10. ff. de neg. gest. l. si procuratori 14. ff. de condict. cav. da. l. si procurator 6. ff. de cond. ind. l. si indebitum 16. in pr. l. 22. in pr. ff. ratam rem hab. l. si vendidero 80. §. si Titius 5. & §. qui rem ult. ff. de furt.

2 Si commodum ad eum perveniat: tuncque contra eum dabitur repetitio l. si pupilli 6. §. si Titij 8. & §. quid ergo 11.

l. quæ utiliter 45. §. Titius ult. ff. de neg. gest.

3 Atqui cautio indemnitatis gestori præstabitur, eo casu quo & ipse ob repetitionẽ possit conveniri, l. liberto 31. §. inter negotia 1. ff. de neg. gest. l. cum indebitum 57. §. creditor ult. ff. de cond. indeb. l. si quis 58. in pr. ff. de solut.

4 Ad hoc ut competat negotiorum gestorum actio sufficit negotium utiliter esse gestum respectu domini, licet effectum utilem non habuerit l. sed an 10. §. is autem 1. l. successori 12. §. sicut ult. l. sive 22. ff. de neg. gest.

5 Sufficit & ad hoc ut competat de in rem verso l. servus 17. in pr. de in rem verso.

6 Sic & in familiæ erciscundæ iudicio l. 31. ff. fam. erc.

7 Communi dividundo l. 11. comm. divid.

8 Mandati l. si is 50. ff. mand. l. qui mutuam 56. §. sumptus ult. ff. mand. l. etiamsi 4. C. eod.

9 Qui vero prohibitus aliena negotia gerit nullam habet actionem l. qui fide 53. ff. mand. l. si quis ult. C. de neg. gest.

10 Contra eum qui prohibuit: sed si duo sint socij, & unus tantum prohibuit, actio superest contra eum qui non prohibuit l. si autem 8. §. Iulianus ult. ff. de neg. gest.

11 Gestor tenetur totum reddere, quod ad se ex quacunque causa pervenit l. si quis 23. l. si autem 8. §. item si 1. ff. de neg. gest. l. qui propria 46. §. procurator 4. ff. de proc.

12. Tenetur de casu fortuito, si novum negotium, quod non sit solitus absens facere, eius nomine gesserit l. si negotia 11. ff. de neg. gest.

13. Et si culpa casum præcesserit l. debitor 13. ff. de neg. gest.

14. Si plus quam oportet impenderit, id solum quod impendere debuerat recuperabit l. si quis 25. l. liberto 31. §. libertos 4. ff. de neg. gest. fac. l. officio 2. ff. ubi pup. educ. deb.

15. Cum usuris l. ob negotium 18. C. de usur. l. adversus 1. C. mand.

16. Nec illum petere potest salarium Guido Pap. q. 68. num. 5.

17. Et vicissim usuras pecuniæ admi-

nistratæ præstabit l. si mater 24. C. de usur. l. cum quidam §. eos 57. ff. eod.

18. Nisi cum eam habuit otiosam ex consuetudine domini l. qui semisses 13. §. quæsitum ult. ff. de usur.

De Mandato.

1. MAndatarius mandato suscepto obtemperare debet, alioquin agitur ad interesse l. si maritus 5. l. ad comparandas 16. C. mand. l. si procuratorem 8. §. mandati 6. l. si vero 12. §. dedi 10. ff. eod.

2. Nisi adsit legitima impedimenti causa, sed tunc quamprimum re integra renuntiare debet. si potest l. si mandavero 22. §. sicut ult. l. si quis 27. §. qui mandatum 2. ff. mand. §. mandatum. 11. inst. eod.

3. Causæ recensentur l. sane cum duab. seq. ff. mand. l. filiof. 8. §. procuratorem ult. iuncta l. aut. si 9. cum tribus seq. ff. de procur.

4. Sed & contra tenorem mandati non valet quod procurator agit l. cum mandati 13. C. mand. l. Marcellus 1. §. si quis 2.

& §. Celsus 3. ff. de except. rei vend. l. cum servo 63. in pr. ff. de cont. empt.

5. Nisi mandatori indemnitas præstetur l. diligenter 5. §. item 3. & §. servo 4. ff. mand.

6. Neque mandator tenetur ad id quod mandatum excedit l. si mandavero 22. in pr. & §. 1. l. præterea 3. l. sed proculus 4. l. diligenter 5. l. idemque 10. §. idem ait 10. l. fideiussor 51. l. rogatus 33. l. fideiussorem 52. l. si mandatu 59. §. Paulus ult. ff. mand. §. is qui 9. instit. de mand. l. si creditor 7. C. de fideiuss. Papo tit. de advoc. & proc. art. 22.

7. Eodem modo præpositus, vel institor modum præpositionis egressus, dominum non obligat. l. utilitatem 1. §. igitur 12. cum duob. seq. ff. de exerc. act. l. quicunque 5. §. non tamen 11. cum sequentib. ff. de inst. act.

8. Nisi sit quid cohærens l. si quis 46. ff. mand.

9. Si tibi mandavero ut rem mihi emas communem tibi cum aliis, si mandatum susceperis, etiam protenditur ad tuam partem, & hinc inde oritur mandati actio l. si mandavero 22. §. Julianus 4. l. qui ne-

gotia 34. §. cum heres ult. l. si fundum 35. l. ita ut 36. in pr. & §. 1. ff. mand.

10. Si mandatum sit ut fundus ematur, actio hinc inde competit, etsi pars, vel partes fundi tantum emptæ sint, non totus fundus: nisi mandator addiderit alias se nolle teneri, quam si totus fundus: ematur d. l. ita ut 36. §. quod si 2. & §. seq. ff. mand.

11. Quid mandati agit ratam habet solutionem l. si servus 66. ff. de fideiuss.

12. Pendente appellatione mandatoris potest conveniri reus l. creditorem 60. in pr. ff. mand.

13. Damna casu fortuito contingentia mandatario, dum mandatum exequitur, mandotor præstare non cogitur, ut nec mandatarius mandatori præstat iacturam rei de qua mandatum suscepit, sine eius dolo contingentem l. inter causas 26. §. non omnia 6. ff. mand.

14. Nisi de eo pactum intervenerit l. & Aristoni 39. ff. mand.

15. Ex eo quod quid in suo fecit mandato alterius, & ad eius commodum, oritur actio mandati l. si quis 16. l. si mandavero 22. §. interdum, 2. l. si mandatu §.

quod mihi 7. & §. idem iuris est ult. ff. mand.

16. Qui mandat negligenti & non idoneo, ut aliena negotia gerat, omni administrationis detrimentum præstat l. nam & 21. §. mandatu ult. ff. de neg. gest.

17. Agitque contra eum cui aliena negotia gerenda mandavit, & antequam ipse quicquam domino præstet l. si quis 28. ff. de neg. gest. l. si procuratorem 8. §. si qui 3. ff. mand.

18. Mandatum rei turpis nullum est : nec mandator tenetur, nec evictionis promissor l. si remunerandi 6. §. rei turpis 3. l. si mandavero 22. §. qui ædem 6. l. si vero 12. §. si adolescens 11. ff. mand. §. illud quoque 7. instit. eod. l. à reo 70. §. id quod. ult ff de fideiuss.

19. Mãdator tamẽ delicti tenetur de delicto l. si quis 7. §. hoc vero ult. iuncta l. adeo 8. ff. de iurisd. l. æquissimum 1. §. fecisse 1. ff. de eo per quem fact. l. si per. alium 5. in pr. ff. ne quis eum qui in ius voc.

20. Et in ipso loco remitti debet puniendus, in quo delictum perpetratum est Guido Pap. q. 104.

21. Revocatio vel solutio mandati non nocet mandatario, vel procuratori, vel contrahentibus cum eis, donec ad notitiã pervenerit, nec irritum reddit quod agitur l. si mandassem 15. l. inter causas 26. in pr. & §. 1. l. si præcedente 58. in pr. ff. mand. l. si quis 18. l. si servus 32. l. cum quis 38. §. si debitorem 1. l. qui hominem 34. §. si Titium 3. l. vero 12. §. sed & si 2. l. dispensatori 51. ff. de solut. l. si tantum 12. ff. de senat. Maced. l. eius 41. ff. de reb. cred. §. item 11. inst. de mand. C. 13. de procurat.

22. Nisi dolo factum fuerit ne ad notitiam perveniret Clement. cum illusio de renunt.

23. Et nisi in matrimonij contrahendi procuratione c. ult. de procur. in 6.

24. Mandatum quod post mortem confertur, morte non finitur l. si vero 12. §. idem Marcellus ult. & l. idem est 13. ff. mand.

25. Neque cum res non est integra l. si quis 27. §. morte 3. ff. mand. Guid. Pap. q. 119.

26. Nec quemadmodum mandatum sol-

vitur morte mandantis, ita & officium institoris morte præponentis: sed durat etiam mortuo eo qui præposuit, quandiu remotus non est institor l. sed si 11. in pr. l. si quis 17. § si impubes 2. & §. eius 5. ff. de instit. act.

27. Mandatum actionum mandantem non excludit ab agendo re integra l. si pater 3. C. mand.

28. Et qui cessit actiones agere non vetatur, nisi iam cessionarius litem contestatus fuerit, vel aliquid ex debito exegerit, vel ab eo denuntiatio debitori facta sit l. si delegatio 3. C. de novat.

29. Neque pactum de re alteri tradenda, excludit dominum rem vindicantem nondum traditam, nisi eius causa cum quo agitur, pactum intercesserit l. si cum 36. ff. de pact.

30. Itaque ante quam quicquam horum factum sit, actio remanet in bonis cedentis, nec cessionario quæsita est, ideo forte, quia actio non potest transire de persona cedentis in personam cessionarij, ignorante eo contra quem est cessio facta est: nam licet quis invitus alteri

possit

possit esse obligatus, non tamen absens & ignorans.

31. Mandatarius cedere tenetur actiones, quæ sibi occasione mandati competunt, & mandans eas suscipere quæ contra mandatarium competunt l. si procuratorem 8. §. si liber 5. & §. proinde ult. l. de tuo 9. & l. idemque 10. in pr. & §. 1. & §. si cui mandavero 6. l. qui mandatũ 43. ff. mand.

32. Nec expectatur donec dies actionis venerit l. si mandatu 43. in pr. usque ad §. 6. l. si mandatu Titij 59. in pr. ff. mand.

33 Item creditor tenetur cedere actiones suas mandatori, vel fideiussori solventi l. Stichum 95. §. si mandatu 10. & §. si creditor 11. ff. de solut.

34 Qui iccirco convenitur quia actionem habet, eius actionis cessione liberatur l. item veniunt 20. §. ait senatus 17. l. quod si 16. §. idem Iulianus ult. ff. de petit. her. l. heredem 14. in pr. ff. mand. l. sed si 3. §. si servus ff. de tribut. act. l. quod debetur 51. ff. de pecul.

35 Actionis non ea æstimatio est, quæ quantitatis in actione comprehensæ: minus enim æstimatur actio ob sumptus in eam

faciendos, & dubium litis eventum l. quod debetur 51. ff. de pecul.

36 Res litigiosa legata non præstatur, nisi heres superior in iudicio fuerit Nov. de litigiosis 112. c. ideoque 1. v. & hoc.

37 Portans instrumentum præsumitur habere mandatum faciendi ea quæ ad illud spectant Guido Pap. q. 13. in fine.

De fideiussoribus.

1 PActum principalis debitoris fideiussori prodest, nisi aliud convenerit l. & heredi 21. §. in his ult. iuncta l. nisi 22. l. si unus 27. §. si cum 1. ff. de pact. l. item 7. in pr. & §. 1. ff. de sen. Maced.

2 Et exceptio debitoris eius quoque fideiussori competit, ea excepta quæ personæ cohæret l. exceptiones 7. ff. de except. l. si testamento 49. in pr. ff. de fideiuss. l. Stichum 95. §. quod vulgo 3. & §. si creditor 11. & seq. ff. de solut. l. defensiones C. de except. l. si is 6. ff. si quis caut. l. si mulier 16. §. si ab ea ult. ff. ad senat. Vell. §. exceptiones 5. institut. de replicat.

3 Etiam invito reo l. omnes 19. ff. de except. l. si stipulatus 15. in pr. l. ex persona 32. ff. de fideiuss.

4 Competit & rem suam pro eo pignerant i l. si alius 2. ff. quæ res pign.

5 Etiam si debitori competere incipiat post condemnatum fideiussorem l. & post 7. §. si fideiussor 1. ff. de trans.

6 Nisi alia fuerit mens legantis, vel paciscentis l. si quis 5. in pr. l. si damnatus 10. ff. de liberat. leg.

7 Et nisi in edicto quod quisque iuris; l. si quis §. si is 3. ff. quod quisque iur.

8 Vel nisi fideiussor. pro minore, vel filiof. intervenerit, cuius fidem alias creditor sequi nolebat: nam tunc absoluto minore, vel filiof. fideiussor tamen non liberatur l. Marcellus 25. ff. de fideiuss. l. si vero 12. §. si quis 13. ff. mand. l. si pupillus 35. ff. de recept. arb.

9 Idem & si donandi animo fideiussit l. quod dictum est 32. ff. de pact. l. sed si 9. §. non solum 5. ff. ad Maced.

10 Et generaliter quando actus ex eorum persona propter nullitatem revocatur ut d. l. 25. de fideiuss. & l. 35. ff. de recep. arb.

11 Secus si ex dolo contrahentis, vel propter læsionem l. si ea ult. C. de fideiuss. min. l. exceptiones 7. §. rei autem 1. cum seq. ff. de except. l. si pupillus 89. ff. de acq. her. l. si Titius 48. ff. de fideiuss. l. cum lex 46. eod.

12 Sed nec habet exceptionem cessionis bonorum, quæ debitori qui bonis cessit competit §. exceptiones 5. V. sane instit. de replicat. l. si præcedente 58. §. Lucius ult. ff. mand.

13. Et restitutio minoris adversus creditorem nec prodest, nec nocet fideiussori l. 1. C. de fideiuss. min.

14. Nisi dolus insit contractui: nam tunc restitutio minoris eius fideiussori prodesset l. ult. C. de fideiussor. min.

15 Nec alio modo fideiussori competit exceptio, quam ipsi debitori l. ubicunque 60. ff. de fideiuss.

16 Denique si actio principalis confusione extincta sit liberatur fideiussor. l. si is 40. ff. de evict.

17 Pactum vero fideiussoris nec reo, nec confideiussoribus prodest l. fideiussoris 23. ff. de pact. l. si fideiussor 59. ff. de

cond. indeb. l. si stipulatus 15. §. ult. ff. de fideiuss.

18 Nisi ex speciali conventione ipsius fideiussoris, vel cum reus ipse verè fuit, vel rei socius l. sed si 24. cum duab. seq. ff. de pact.

19 Præterea si debitum creditori fideiussor legaverit, reus liberatur si solutum fuerit, & à creditore, & ab heredibus fideiussoris l. si cui 49. §. Iulianus 6. cum §. seq. ff. de leg. 1.

20 Sed & neque absolutio l. amissi 52. §. pluris ult. ff. de fideiuss.

21 Neque liberatio fideiussoris, reum liberat l. heredem 2. ff. de liberat. leg. l. item si 14. §. labeo 6. ff. quod met. cav.

22 Neque compromissum l. adversus 29. l. si duo 34. in pr. ff. de arb.

23 Neque iusiurandum nisi in rem fuerit l. in duobus 28. §. quod reus 1. & §. si ei 2. l. ult. §. si fideiussor 1. cum §. seq. ff. de iureiur. l. 1. §. si fideiussor 3. ff. quar. rer. act. non dat.

24 Quod & in aliis speciebus obtinet l. si stipulatus 15. §. si ex duobus ult. ff. de fideiuss. l. & per 13. §. si fideiussori 7. ff. de acceptil.

25 Ipsi vero fideiussori, si post pactum solverit per errorem, indebiti condictio competit l. cum is 32. §. fideiussor 1. ff. de cond. indeb.

26 Et vicissim mora, vel factum principalis fideiussori nocet, non è contra l. cum filiusf. 49. in pr. & §. 1. l. mora 88. l. si servum 91. §. nunc videamus 4. & §. an filiusf. 5. ff. de verb. oblig. l. 58. §. ult. ff. de fideius. l. 24. §. 1. ff. de usur.

27 Si pertineat ad obligationem fideiussoriam, alias non l. si in pignore 54. ff. de fideiuss.

28 Nec nocebit si sit ex obligatione invalida l. si pupillus 127. ff. de verb. oblig. l. si servus 9. l. quoties 13. ff. si quis caut.

29 Vel extincta l. si cum 10. §. qui iniuriarum ult. ff. si quis caut.

30 Contumacia tamen rei non auget obligationem fideiussoriam l. cum procurator ult. ff. de fideius. facit l. rem 1. ff. de in litem iur.

31 Sed an & condemnatio principalis noceat fideiussori, vel è contra? vide Guid. Pap. q. 26.

32 Creditor relictis pignoribus potest

agere contra fideiussorem l. creditori 2. C. de fideiuss. l. omissis 17. eod.

33 Nec ei nocet exceptio l. non rectè 3. l. reos 23. l. pignoribus 25. C. de fideiuss.

34 Nam donec satisfactum, vel solutum amplè & idoneè, creditori salva manet tam hypothecaria, quam personalis actio: licet vel debitor, vel ipse fideiussor conventus fuerit, & lis contestata fuerit l. generaliter ult. C. de fideiuss. l. si mandatu 13. ff. eod. l. qui mutuam 56. in pr. ff. mand. l. egisti 84. ff. de solut. l. solutum 11. in pr. ff. de pign. act.

35 Vel etiam sententia secuta sit l. grege 13. §. etiamsi 4. ff. de pign. l. quamvis 8. C. eod. l. un. C. etiam ob. chirog. pec.

36 Nisi cum pignora non solum capta, sed etiam vendita per addictionem in ultima subhastatione factam Guido Pap. q. 348.

37 Prius tamen conveniendus est principalis, quam fideiussor, si præsens sit uterque: contra si absens sit, vel latitet principalis: dilationem tamen habere debet fideiussor, ad vocandum principalem auth.

præsente C. de fideiuss. Guido Pap. q. 570.

38 Huic beneficio renuntiari potest, sed est necessaria expressa renuntiatio Papo tit. de fideiuss. art. 26.

39 Nec potest hoc beneficium opponi post litem contestatam ibid. art. 21. Guido Pap. q. 94.

40 Neque exceptio discussionis seu ordinis ibid. in fine.

41 Sed & fideiussor acceptus in id, quod à principali, vel quod ex pignore servari non possit, conveniri non potest, nisi prius discusso principali, vel pignore vendito l. si decem 21. ff. de solut. l. decem 116. ff. de verb. oblig. l. amissi 52. in pr. l. inter 63. de fideiuss.

42 Nec tenetur si post moram creditoris in exigendo, debitor factus sit non solvendo l. si fideiussores 41. in pr. ff. de fideiuss.

43 Itaque hodie prorogatione termini fideiussor liberatur: quia quilibet fideiussor sic est ipso iure obligatus post d. auth. præsente C. de fideiuss.

44 Nisi eius beneficio renuntiaverit fideiussor. Nam tunc manente dispositione

Iuris antiqui remanet obligatus, licet creditor vel admonitus debitorem tunc idoneum neglexerit ad solvendum compellere, vel etiam diem solutionis prorogaverit, quod idem est l. si fideiussor 62. ff. de fideiuss.

45 Quia tunc de dilatione queri non debet, cum & ipse prior conveniri posset, cumque habeat remedia quæ proxime sequuntur.

46 Fideiussor qui pecuniam consignavit statim mandati agere potest l. fideiussor 64. ff. de fideiuss. l. qui mutuam 56. §. fideiussori 1. ff. mand.

47 Alias ante solutionem agere non potest, nisi ita convenerit, vel nisi sit condemnatus, vel bona dilapidet debitor, nisive diu iam manserit obligatus l. si pro ea 10. C. mand. l. fideiussor 45. ff. de fideiuss. l. Lucius 38. ff. mand. c. ult. de fideiuss. Guido Pap. q. 117. num. 1. 2.

48 Eodem modo socius agit postquam condemnatus fuit, licet nihil dum præstiterit l. 15. ff. com. divid.

49 Mandatarius quoque supra de mand. num. 31. 32.

50 Et tutor l. si tutor ult. ff. de cont. tut. vel ut. act.

51. Quovis autem modo fideiussor debitorem liberaverit, habet mandati actionem, in quantum liberaverit l. idemque 10, §. si fideiussori ult. iuncta l. si ei 11. & l. seq. in pr. & §. 1. 2. l. inter causas 26. §. si is 3. & §. praeterea 4. ff. mand. l. qui debitorem 18. ff. de fideiuss. d. l. 26. §. abesse 2. ff. mand.

52 Quod si non appelleverit cum iniusté condemnatus esset, sed solverit: nullam habet actiogem l. si. pro ea 10. C. mand. l. si procuratorem 8. §. quod & 8. ff. eod.

53. Nisi eum ignorantia, vel paupertas excuset d. l. 8. §. 8. ff. mand.

54. Vel nisi cum certiorem fecit debitorem d. l. 8. §. 8. ff. mand.

55. Idem in negotiorum gestore l. liberto 31. §. litem 2. ff. de neg. gest.

56. Sed & condemnatus fideiussor non habet actionem, si culpa sua iniusta condemnationis causam praebuit l. exceptione 67. ff. de fideiuss.

57. Nec si exceptionem dummodo honestam sciens obmisit l. Quintus 48. in pr. l. idemque 10. §. generaliter 12. ff. mand.

58. Contra si ignorans omisit l. si fideiussor 29. in pr. & §. 1. 2. 3, 4. 5. l. si procuratorem 8. §. si ignorantes 7. ff. mand. l. qui in alterius 42. ff. de reg. iur. l. indebitam 47. ff. de condict. ind.

59. Vel eas acceptiones omisit, quæ sunt de apicibus iuris d. l. si fideiussor 29. §. quædam 4. ff. mand.

60. Vel quæ ei soli non etiam reo competebat d. l. si fideiussor 26. §. fideiussor ult. ff. mand. l. Paulus 31. ff. ad Velleian.

61. Denique non habet actionem is qui pro invito fideiussit, aut donandi animo l. si remunerandi 6. §. si passus sim 2. ff. mand.

62. Nec si solidum solverit fideiussor aget contra fideiussores, vel creditoris hypothecas persequi poterit, nisi ei cessæ fuerint actiones l. cum alter 11. l. mandati 14. C. de fideiuss. l. ut fideiussor 39. l. Paulus 59. l. cum is 36. ff. eod. §. si plures. 4. ind. eod. l. Papinianus 28. ff. mand.

63. Sed ut eas cedat creditor compelli potest ab eo, qui solidum solvere paratus est l. sicut 21. C. de fideiuss. l. fideiussoribus 17. l. si fideiussores 41. §. idem respondit ult. ff. de fideiuss.

64. Ante solutionem : nam postea cessio facta non valet, nisi prius ut cederentur actiones convenisset l. Modestinus 76. ff. de solut. l. si pro contutore 1. C. de cont. iud. tut. l. cum pupillus 21. ff. de tut. & rat. distr.

65. Qui fideiubet in omnem causam tenetur de usuris, & omni quantitate l. quæro 54. in pr. ff. loc. l. etiam 3. ff. de fideiuss. tut.

66. Eique redhibetur l. Latinus 56. ff. de Ædil. ed.

67. Naturali obligationi fideiussor accedere potest & civili tantum §. in omnibus 1. instit. de fideiuss. l. fideiussor 16. §. naturales 4. ff. de fideiuss.

68. Et futuræ l. stipulatus sum 6. §. ad-
[illegible] iuncta l. quod enim 7. l. potest
[illegible] in pr. ff. de fideiuss. l. non 35. ff.
[illegible] l. eo tempore 50. in pr. ÿ. sed fi-
[illegible]tem ff. d[illegible]

[illegible] Qui [illegible] pro institore, habet
[illegible] adversus eum qui
[illegible] 5. §. 16. ff. de instit.

[illegible] pro mandatario,
[illegible]itum l. idemque

10. §. idem Papinianus 5. ff. mand. l. liberto 31. in pr. ff. de neg. gest.

71. Licet procurator sit solvendo l. in eum 19. in pr. ff. de inst. act.

72. Inutillis fideiussio pro iussu non habetur l. merito 1. §. quid ergo 5. ff. quod iussu.

73. Fideiussori quæsita exceptio, ei invito tolli non potest l. si reus ult. ff. de pact.

74. Dummodo sine vi, & dolo, vel suo, vel debitoris fuerit quæsita l. illud 10. & l. si quis 11. ff. quod met. cau.

75. Vel nisi competat ex persona minoris læsi l. patri 27. §. si minor 2. ff. de min.

76. Thales Milesius fideiussionem fugiẽdam esse dicebat epig. Græc. lib. 1. ep. 600.

De stipulationibus & oblig.

Tipulationes sive in dando, sive in faciendo, sive mixtæ transeunt ..es, & in heredes l. veteris 13. C. ..ipul.

2. Licet quis cum morietur stipulatus sit, vel promiserit l. si quis ult. l. secundum 4. C. de cont. stip.

3. Stipulatio vero cum morierit dabis, intelligitur de morte naturali, non civili l. ex ea parte 121. §. in insulam 2. ff. de verb. oblig.

4. Inter absentes, vel pro absente contracta stipulatio non valet, nisi stipulantis intersit: nam tunc agitur ad interesse l. ut inter absentes 3. C. de inut. stip.

5. Sed & verba commendatoria, vel suasoria, vel per locum dicta, non obligent: nisi cum sic dicuntur ut præstentur, non autem ut iactentur l. quod venditor 37. ff. de dolo l. sciendum 19. in pr. cum §. 1. 2. 3. ff. de ædil. ed. l. dominos ult. C. quod cum eo l. 1. §. idem Pomponius 14. ff. depos. l. si vero 12. §. cum quidam 12. l. mandatum 2. §. tua autem ult. ff. mand. Plautus in pseudolo ℣. 1050. & 1201.

6. Vel nisi decipiendi causa dicta sint l. venditor 37. ℣. si vero l. is qui decipit ult. ff. de dolo l. consilij 47. ff. de reg. iur.

7. Qui vero mandat obligatur §. tua tantum 6. ℣. & adeo instit. de mand. l. si re-

munerandi 6. §. plane 5. l. si hereditatem 32. ff. mand.

8. Atque etiam qui per fraudem, vel dolum non mandavit l. apud Celsum 4. in pr. ff. de doli excep.

9. Pœnam promissam debet etiam non interpellatus l. magnam 12. C. de cont. stip.

10. Pari ratione is offerre debet non expectata interpellatione, qui ult. commissum evitare l. si fundus 3. §. Marcellus ult. ff. de lege comm.

11. Potest uxor à marito stipulatori pœnam si habuerit concubinam l. ex ea 121. §. mulier 1. ff. de verb. oblig.

12. Pura stipulatio ex re, & loco dilationem capit l. eum 41. §. quoties ult. l. interdum 73. in pr. l. continuus 137. §. cum ita 2. & §. item 3. ff. de verb. oblig. l. arbitraria 2. §. qui ita 9. ff. de eo quod cer. lo. l. legatis 1. §. inest. ult. ff. de cond. & dem. l. quoties 24. ff. de op. lib.

13. Licet plures in solidum fideiusserint, vel obligati sint, eis nihilominus beneficium diuisionis competit si omnes idonei sunt l. non recte 3. C. de fideiuss.

14. Et presentes l. fideiussor 10. §. ut au-

tem ult. C. de fideiuss. Nou. de reis promittendi 99. Pap. tit. de fideiuss. art. 23.

15. Nisi eiusmodi beneficio renuntiatum fuerit Papo ibidem art. 25.

16. Cui rei creditor derogasse videbitur si debitum diviserit, partem suam ab uno ex correis debendi accipiendo l. si creditores 18. C. de pact. l. liberum 16. C. de fideiuss.

17. Et qui plura simul promisit sub pœna se præstaturum, propter unum non factum pœna quidem tota cõmittitur, sed per beneficium exceptionis pro rata tantum præstabitur l. si servus 9. §. si plurium ult. ff. si quis caut.

18. At vero ubi plures ex contractu unius conveniuntur ab iis præpositi, quilibet in solidum convenitur l. utilitatem 1. §. si plures ult. iuncta l. 2. 3. 4. in pr. & §. 1. 2. l. si servus 6. §. si communis ult. ff. de exerc. act. l. habebat 13. §. si duo ult. iuncta l. ibidem erit 14. ff. de exerc. act. l. & ancillarum 27. §. si quis ult. ff. de pecul.

19. Stipulatio pro absente atque adeo pro nascituro valet notario præsente & acceptante Guid. Pap. q. 267. 505.

20. Ea autem stipulatio, qua quis se submitit

submittit ad pœnam amputationis pugni, vel aliam corporalem, nullius est momenti Guido Pap. q. 278.

De Novationibus.

1. PRocurator ad exigendum, nec novare potest obligationem, nec debitorem gratuito liberare l. non abstulit 4. C. de novat. l. si debitorem 21. l. non ideo 25. ff. de novat.

2. Novatione prior obligatio non tollitur, etiam si nova persona interveniat, vel per sequentem obligationem aliquid addatur vel detrahatur, nisi id specialiter expressum sit l. novationum ult. C. de novat. l. aliam 29. ff. eod. l. quid usumf. 8. ff. de verb. oblig. §. præterea 4. inst. quib. mod. oblig. toll.

3. Nisique sequens obligatio committatur, & valida sit l. in persona 30. §. qui pecuniam 1. & §. seq. ff. de pact. l. quoties 14. l. novatio 24. ff. de novat. l. ult. ff. de minor l. debitrix 24. §. si pro eo ult. ff. ad Velleian.

4. Quod si minor novaverit, atque ita

co ditionem suam deteriorem fecerit, novatio non valet l. patri 27. §. ex hoc 3. ff. de min.

5 Idem est & si is cui bonis interdictum est novaverit l. cui bonis 3. ff. de novat.

6 Obligatione sic ut supra novata fideiussores non sunt obligati, nisi se de novo obligaverint l. novatione 4. C. de fideiuss. l. ubicunque 60. ff. eod.

7 Quin imo rei sola mutatione liberabitur fideiussor, verbi gratia, si loco pecuniæ, quæ in priore obligatione debebatur, frumentum in posteriori promissum sit: nam fideiussor in aliud obligari non potest l. si ita 42. ff. de fideiuss.

8 Item pignus sublatum est, nisi fuerit repetitum l. solutum 11. §. novata 1. ff. de pign. act. l. novatione 18. l. paulus 30. ff. de novat.

9 Et usuræ nisi pariter fuerint repetitæ d. l. novatione 18. l. emptor 27. ff. de novat.

10 Præcedens mora purgatur l. stichum 8. in pr. ff. de novat. l. qui decem 72. §. cum stichum 1. & §. sed quid 2. ff. de solut.

11 Perit præcedens privilegium l. parvi 17. ff. de cond. furt. l. scire 29. §. si a fure ult. ff. de verb. oblig.

12 Nec pœna prius commissa debetur l. si creditoris ff. de novat.

13 Idem & si transactum fuerit l. non exigimus 2. in pr. ff. si quis caut.

14 Novari potest obligatio, quæ nondum est, sed futura est, l. stichum 8. §. si quis 2. ff. de novat.

15 Novatio sub iisdem pignoribus facta non tollit ius prælationis: quia idem sibi succedere intelligitur l. creditor 3. in pr. & l. creditor 12. §. Papinianus 5. ff. qui pot. in pign.

De Solutionibus

1 QVi promisit aliquo anno dare, poterit quolibet eius anni die dare, neque cogi poterit, nisi anno præterito l. quod quis 50. ff. de oblig. l. qui hoc 42. l. insulam 124. ff. de verb. oblig.

2 Nec qui nundinis promisit nisi post ultimum nundinarum diem l. cum qui 138. in pr. ff. de verb. oblig.

50 Et tutor l. si tutor ult. ff. de cont. tut. vel ut. act.

51. Quovis autem modo fideiussor debitorem liberaverit, habet mandati actionem, in quantum liberaverit l. idemque 10. §. si fideiussori ult. iuncta l. si ei 11. & l. seq. in pr. & §. 1. 2. l. inter causas 26. §. si is 3. & §. præterea 4. ff. mand. l. qui debitorem 18. ff. de fideiuss. d. l. 26. §. abesse 2. ff. mand.

52 Quod si non appelleverit cum iniusté condemnatus esset, sed solverit: nullam habet actiogem l. si. pro ea 10. C. mand. l. si procuratorem 8. §. quod & 8. ff. eod.

53. Nisi eum ignorantia, vel paupertas excuset d. l. 8. §. 8. ff. mand.

54. Vel nisi cum certiorem fecit debitorem d. l. 8. §. 8. ff. mand.

55. Idem in negotiorum gestore l. liberto 31. §. litem 2. ff. de neg. gest.

56. Sed & condemnatus fideiussor non habet actionem, si culpa sua iniusta condemnationis causam præbuit l. exceptione 67. ff. de fideiuss.

57. Nec si exceptionem dummodo honestam sciens obmisit l. Quintus 48. in pr. l. idemque 10. §. generaliter 12. ff. mand.

58. Contra si ignorans omisit l. si fideiussor 29. in pr. & §. 1. 2. 3. 4. 5. l. si procuratorem 8. §. si ignorantes 7. ff. mand. l. qui in alterius 42. ff. de reg. iur. l. indebitam 47. ff. de condict. ind.

59. Vel eas acceptiones omisit, quæ sunt de apicibus iuris d. l. si fideiussor 29. §. quædam 4. ff. mand.

60. Vel quæ ei soli non etiam reo competebat d. l. si fideiussor 26. §. fideiussor ult. ff. mand. l. Paulus 31. ff. ad Velleian.

61. Denique non habet actionem is qui pro invito fideiussit, aut donandi animo l. si remunerandi 6. §. si passus sim 2. ff. mand.

62. Nec si solidum solverit fideiussor aget contra fideiussores, vel creditoris hypothecas persequi poterit, nisi ei cessæ fuerint actiones l. cum alter 11. l. mandati 14. *C.* de fideiuss. l. ut fideiussor 39. l. Paulus 59. l. cum is 36. ff. eod. §. si plures. 4. ind. eod. l. Papinianus 28. ff. mand.

63. Sed ut eas cedat creditor compelli potest ab eo, qui solidum solvere paratus est l. sicut 21. C. de fideiuss. l. fideiussoribus 17. l. si fideiussores 41. §. idem respondit ult. ff. de fideiuss.

64. Ante solutionem : nam postea cessio facta non valet , nisi prius ut cederentur actiones convenisset l. Modestinus 76. ff. de solut. l. si pro contutore 1. C. de cont. iud. tut. l. cum pupillus 21. ff. da tut. & rat. dist.

65. Qui fideiubet in omnem causam tenetur de usuris, & omni quantitate l. quaero 54. in pr. ff. loc. l. etiam 3. ff. de fideiuss. tut.

66. Eique redhibetur l. Latinus 56. ff. de Ædil. ed.

67. Naturali obligationi fideiussor accedere potest & civili tantum §. in omnibus 1. instit. de fideiuss. l. fideiussor 16. §. naturales 4. ff. de fideiuss.

68. Et futurae l. stipulatus sum 6. §. adhiberi ult. iuncta l. quod enim 7. l. potest accipi 4. in pr. ff. de fideiuss. l. non 35. ff. de iudic. l. eo tempore 50. in pr. ℣. sed fideiussorem ff. de pecul.

69. Qui fideiussit pro institore, habet actionem institoriam adversus eum qui praeposuit l. quicunque 5. §. 16. ff. de instit. act.

70. Et qui fideiussit pro mandatario, mandantem habet obligatum l. idemque

10. §. idem Papinianus 5. ff. mand. l. liberto 31. in pr. ff. de neg. gest.

71. Licet procurator sit solvendo l. in eum 19. in pr. ff. de inst. act.

72. Inutillis fideiussio pro iussu non habetur l. merito 1. §. quid ergo 5. ff. quod iussu.

73. Fideiussori quæsita exceptio, ei invito tolli non potest l. si reus ult. ff. de pact.

74. Dummodo sine vi, & dolo, vel suo, vel debitoris fuerit quæsita l. illud 10. & l. si quis 11. ff. quod met. cau.

75. Vel nisi competat ex persona minoris læsi l. patri 27. §. si minor 2. ff. de min.

76. Thales Milesius fideiussionem fugiẽdam esse dicebat epig. Græc. lib. 1. ep. 600.

De stipulationibus & oblig.

1. STipulationes sive in dando, sive in faciendo, sive mixtæ transeunt ad heredes, & in heredes l. veteris 13. C. de cont. stipul.

2. Licet quis cum morietur stipulatus sit, vel promiserit l. si quis ult. l. secundum 4. C. de cont. stip.

3. Stipulatio vero cum morierit dabis, intelligitur de morte naturali, non civili l. ex ea parte 121. §. in insulam 2. ff. de verb. oblig.

4. Inter absentes, vel pro absente contracta stipulatio non valet, nisi stipulantis intersit: nam tunc agitur ad interesse l. ut inter absentes 3. C. de inut. stip.

5. Sed & verba commendatoria, vel suasoria, vel per locum dicta, non obligent: nisi cum sic dicuntur ut præstentur, non autem ut iactentur l. quod venditor 37. ff. de dolo l. sciendum 19. in pr. cum §. 1. 2. 3. ff. de ædil. ed. l. dominos ult. C. quod cum eo l. 1. §. idem Pomponius 14. ff. depos. l. si vero 12. §. cum quidam 12. l. mandatum 2. §. tua autem ult. ff. mand. Plautus in pseudolo ℣. 1050. & 1201.

6. Vel nisi decipiendi causa dicta sint l. venditor 37. ℣. si vero l. is qui decipit ult. ff. de dolo l. consilij 47. ff. de reg. iur.

7. Qui vero mandat obligatur §. tua tantum 6. ℣. & adeo instit. de mand. l. si re-

munerandi 6. §. plane 5. l. si hereditatem 32. ff. mand.

8. Atque etiam qui per fraudem, vel dolum non mandavit l. apud Celsum 4. in pr. ff. de doli excep.

9. Pœnam promissam debet etiam non interpellatus l. magnam 12. C. de cont. stip.

10. Pari ratione is offerre debet non expectata interpellatione, qui ult. commissum evitare l. si fundus 3. §. Marcellus ult. ff. de lege comm.

11. Potest uxor à marito stipulatori pœnam si habuerit concubinam l. ex ea 121. §. mulier 1. ff. de verb. oblig.

12. Pura stipulatio ex re, & loco dilationem capit l. eum 41. §. quoties ult. l. interdum 73. in pr. l. continuus 137. §. cum ita 2. & §. item 3. ff. de verb. oblig. l. arbitraria 2. §. qui ita 9. ff. de eo quod cer. lo. l. legatis 1. §. inest. ult. ff. de cond. & dem. l. quoties 24. ff. de op. lib.

13. Licet plures in solidum fideiusserint, vel obligati sint, eis nihilominus beneficium diuisionis competit si omnes idonei sunt l. non recte 3. C. de fideiuss.

14. Et presentes l. fideiussor 10. §. ut au-

tem ult. C. de fideiuss Nou. de reis promittendi 99. Pap. tit. de fideiuss. art. 23.

15. Nisi eiusmodi beneficio renuntiatum fuerit Papo ibidem art. 25.

16. Cui rei creditor derogasse videbitur si debitum diviserit, partem suam ab uno ex correis debendi accipiendo l. si creditores 18. C. de pact. l. liberum 16. C. de fideiuss.

17. Et qui plura simul promisit sub pœna se præstaturum, propter unum non factum pœna quidem tota cōmittitur, sed per beneficium exceptionis pro rata tantum præstabitur l. si servus 9. §. si plurium ult. ff. si quis caut.

18. At vero ubi plures ex contractu unius conveniuntur ab iis præpositi, quilibet in solidum convenitur l. utilitatem 1. §. si plures ult. iuncta l. 2. 3. 4. in pr. & §. 1. 2. l. si servus 6. §. si communis ult. ff. de exerc. act. l. habebat 13. §. si duo ult. iuncta l. ibidem erit 14. ff. de exerc. act. l. & ancillarum 27. §. si quis ult. ff. de pecul.

19. Stipulatio pro absente atque adeo pro nascituro valet notario præsente & acceptante Guid. Pap. q. 267. 505.

20. Ea autem stipulatio, qua quis se

submitit

submittit ad pœnam amputationis pugni, vel aliam corporalem, nullius est momenti Guido Pap. q. 278.

De Novationibus.

1. PRocurator ad exigendum, nec novare potest obligationem, nec debitorem gratuito liberare l. non abstulit 4. C. de novat. l. si debitorem 21. l. non ideo 25. ff. de novat.

2. Novatione prior obligatio non tollitur, etiam si nova persona interveniat, vel per sequentem obligationem aliquid addatur vel detrahatur, nisi id specialiter expressum sit l. novationum ult. C. de novat. l. aliam 29. ff. eod. l. quid usumf. 8. ff. de verb. oblig. §. præterea 4. inst. quib. mod. oblig. toll.

3. Nisique sequens obligatio committatur, & valida sit l. in persona 30. §. qui pecuniam 1. & §. seq. ff. de pact. l. quoties 14. l. novatio 24. ff. de novat. l. ult. ff. de minor l. debitrix 24. §. si pro eo ult. ff. ad Velleian.

4. Quod si minor novaverit, atque ita

co ditionem suam deteriorem fecerit, novatio non valet l. patri 27. §. ex hoc 3. ff. de min.

5 Idem est & si is cui bonis interdictum est novaverit l. cui bonis 3. ff. de novat.

6 Obligatione sic ut supra novata fideiussores non sunt obligati, nisi se de novo obligaverint l. novatione 4. C. de fideiuss. l. ubicunque 60. ff. eod.

7 Quin imo rei sola mutatione liberabitur fideiussor, verbi gratia, si loco pecuniæ, quæ in priore obligatione debebatur, frumentum in posteriori promissum sit: nam fideiussor in aliud obligari non potest l. si ita 42. ff. de fideiuss.

8 Item pignus sublatum est, nisi fuerit repetitum l. solutum 11. §. novata 1. ff. de pign. act. l. novatione 18. l. paulus 30. ff. de novat.

9 Et usuræ nisi pariter fuerint repetitæ d. l. novatione 18. l. emptor 27. ff. de novat.

10 Præcedens mora purgatur l. stichum 8. in pr. ff. de novat. l. qui decem 72. §. cum stichum 1. & §. sed quid 2. ff. de solut.

11 Perit præcedens privilegium l. parvi 17. ff. de cond. furt. l. scire 29. §. si a fure ult. ff. de verb. oblig.

12 Nec pœna prius commissa debetur l. si creditoris ff. de novat.

13 Idem & si transactum fuerit l. non exigimus 2. in pr. ff. si quis caut.

14 Novari potest obligatio, quæ nondum est, sed futura est, l. stichum 8. §. si quis 2. ff. de novat.

15 Novatio sub iisdem pignoribus facta non tollit ius prælationis: quia idem sibi succedere intelligitur l. creditor 3. in pr. & l. creditor 12. §. Papinianus 5. ff. qui pot. in pign.

De Solutionibus

1 QVi promisit aliquo anno dare, poterit quolibet eius anni die dare, neque cogi poterit, nisi anno præterito l. quod quis 50. ff. de oblig. l. qui hoc 42. l. insulam 124. ff. de verb. oblig.

2 Nec qui nundinis promisit nisi post ultimum nundinarum diem l. eum qui 138. in pr. ff. de verb. oblig.

3 Qui cum commodissimum esset, tunc dare debebit, cum sine infamia poterit l. avus 79. §. pater ult. ff. de iur. dot.

4 Quin etiam debitum in diem certum, vel incertum, seu sub conditione, ante diem vel conditionem solvi poterit, nisi dies, vel conditio in favorem actoris potius, quam debitoris posita sit l. stipulatio ista 38. §. inter 16. l. qui Romæ 122. in pr. ff. de verb. oblig. l. quod certa 70. ff. de solut.

5 Sed & debitor ex pluribus caussis potest tempore solutionis eligere, in quam caussam solvat: quod si non fecerit eliget creditor: si neuter elegerit, tunc prius in usuras, deinde in sortem solutio imputabitur, eius scilicet caussæ quæ durior, gravior, & antiquior est l. in potestate 1. C. de solut. l. quoties 1. iuncta l. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. ff. de solut.

6 Non autem illius ex qua petitio non est l. si is 94. §. favius ult. ff. de solut. d. l. 1. & l. 5. §. imperator 2. ff de solut.

7 Qui rem alienam dedit in solutum, ea facta creditoris liberatur l. cassius 17. l. is qui 60. iuncta l. in perpetuum 61. l. si

alieni 78. l. si is 94. in pr. & §. 1. 2. ff. de solut.

8 Et ex ea solutione fideiussori compe- tit mandati actio d. l. 94. §. 2. ff. de so- lut. l. Iulianus 47. §. si is ult. ff. mand.

9 At vero si rem vel pecuniam credi- toris ei debitor dederit in solutum, non contingit liberatio, l. si servos 7. C. de action. empt. l. si mandavero 22. §. si mandaverim 8. ff. mand.

10 Sed & confessio totius scienter facta, nocet: per errorem vero, vel sub spe fu- turæ numerationis facta, non nocet: sed eius tantum quod solutum est liberatio- nem inducit l. inter 6. l. si obligatum 13. l. interest 21. l. si literarum 23. C. de solut.

11 Nisi post triginta dies l. in contra- ctibus 14. §. super cæteris 2. C. de non num. pec.

12 Solutio debiti uxoris marito facta ea non consentiente, nulla est l. cum ma- ritum 1. C. de solut.

13 Gratuita solutio partis non obligat ad solutionem alterius partis l. cum te ult. C. ne uxor pro mar.

14. Et solutio aliquoties facta eius quod

pacto nudo debebatur; non inducit obligationem l. si certis annis 28. C. de pact.

15 Actus quoque voluntarij quantumvis longo tempore iterati, numquam inducunt obligationem necessariam: actus enim agentium non debent operari ultra eorum intentionem. Et id hominum libertati repugnaret. Nam cum libertas sit naturalis facultas eius quod cuique facere lubet, nisi si quid iure prohibetur: Si actus voluntarij consuetudine diuturna fierent necessitatis: tunc voluntati necessitate imposita naturalis illa, & libera agendi facultas tolleretur, sicque libertas in servitutem commutaretur: quod esse non potest, cum liber homo nullo tempore præscribatur. cumque libertas pactionibus tantum, & obligationibus, alijsque legitimis modis, vel tota tollatur, vel diminutionem patiatur instit. de iur. pers.

16 Excipe tamen in præstationibus annuis voluntariis ex officio charitatis Papo tit. de decimis art. 1. c. 42. de simonia.

17 Aliud genus pro alio invito creditori solvi non potest l. mutuum 2. §. mutui 1. ff. de rer. cred. l. eum 16. iuncta auth. hoc nisi seq. C. de solut.

18 Volenti & consentienti potest l. manifesti 17. l. si opera 20. C. de solut.

19 Et si ita convenerit ab initio, alioqui venit quod interest l. sed addes 19. §. si dominus 3. ff. loc.

20. At non solum idem genus, sed & eadem bonitate solvi debet l. mutuum 2. in pr. ff. de reb. cred. c. 20. 26. de censib. Guido Pap. qu. 493.

21 Quid si convenit ut nummi in certa specie solverentur? non poterit solutio fieri in alia specie l. creditorem 99. ff. de solut Papo tit. de solut. art. 2. & 8.

22 Imo poterit in speciebus usitatis eiusdem valoris non obstante conventione in contrarium henr. 3. 1577.

23 Et è converso debitor aliud pro alio solvere non tenetur Guid. Pap. q. 358. 492. in fine.

24 Nec liberatio sequitur nisi res pro re soluta in solidum fiat accipientis l. si quis 46. in pr. & §. 1. ff. de solut.

25 Sed & si quis per dolum pluris æstimatum, fundum in solutum dederit, non liberatur nisi id quod deest, repleatur d. l. si quis 46. §. ult. ff. de solut.

26 Pactum de solvendo tertio ex inter-

vallo factum degenerat in mandatum, & revocari potest l. si cum 82. l. aliud est 106. ff. de solut. l. vero procuratori 12. §. sed & 2. ff. eod.

27 Secus si in continenti vel si tertius stipulationi adiectus sit: nam tunc tertio solui potest, etiam invito creditore l. vero procuratori 12. §. interdum 1. iuncto §. 2. & 3. l. aliud est 106. ff. de solut §. si quis 4. instit. de inut. stip.

28 Ipsimet, non alteri l. stipulatus sum 9. in pr. ff. l. si stipulatus sum 81. in pr. ff. de solut. l. cum quis 55. ff. de verb. oblig.

29 Quandiu manet in eadem causa l. cum quis 38. in pr. ff. de solut.

30 Is tamen pacto liberare, licet sit socius, nec obligationem novare poterit l. si unus 27. in pr. ff. de pact.

31 Debitor qui solvit heredi ignorans eum vendidisse, vel restituisse ex fideicommisso hereditatem, adversus emptorem hereditatis, vel fideicommissarium exceptione securus est l. venditor ult. ff. de transact.

32 Vt etiam is qui filiof. solvit, cum ignoraret ei ademptum peculium l. si non

sortem 26. §. qui filiof. 8. ff. de cond. ind.

33 Eodem modo solvens prædoni ex eo contractu, quem cum eo iniit bona fide, liberatur l. si urbana 55. ff. de cond. indeb. l. commodare 15. iuncta l. seq. ff. commod. l. si pignore 22. §. si prædo 2. ff. de pign. act.

34 Idem si administrationẽ non habenti, qui palam & publice se pro administratore gerebat, & talis communiter existimabatur l. filiæ 88. ff. de solut. Guido Pap. q. 173.

35 Vel ei quem dominus sciebat exactionem facere, nec contradicebat Guid. Pap. d. q. 173.

36 Denique cuicunque solverit debitor, dummodo pecunia pervenerit ad creditorem, nec ab eo repeti possit, liberatur l. si quid 31. §. quod autem ult. l. sed & 25. §. item si 17. ℣. certe. ff. de pet. her. l. qui hominem 34. §. si prædo 9. l. debitores 28. ff. de solut. l. si vero 12. §. si mandavero 16. ff. mand.

37 Solvens pro alio ei qui privilegio munitus est, non succedit eius privilegio, vel iuri nisi cessis actionibus l. si cum pecu-

niam 3. l. si in te ult. C. de privil. fisci.

38 Chirographi, sive instrumenti redditio, vel cancellatio, vel legatum, loco solutionis habetur, & liberationem inducit l. labeo 2. §. & ideo ult. ff. de pact. l. liberationem 3. §. 1. 2. ff. de liber. leg. l. creditricem 7. C. de rem. pig.

39 Nisi facta sit à procuratore qui pro debitore soluit: nam tunc redditio chirographi liberat quidem debitorem à creditore, sed non à procuratore qui solvit pro eo l. inquisitio 18. C. de solut.

40 Vel nisi invito creditore facta sit l. quod debitori 15. C. de solut.

41 Tuncque creditor contra eum qui reddidit, vel cancellavit, vel delevit habet Aquiliæ actionem l. in lege 40. l. si quis 41. l. qui tabulas 42. ff. ad leg. Aquil.

42 De dolo l. si quis 35. ff. de dolo.

43 Falsi l. pœna 1. §. is qui ff. de lege cor. de fals.

44 Furti l. qui tabulas 27. iuncta l. 28. 29. 30. 31. 32. ff. de furt.

45 Et pœna est damnatio in metallum, vel deportatio l. si quis 38. §. si quis 8. & §. instrumenta 9. ff. de pœn.

46 Et denique nisi manifestis probatio,

nibus creditor ostenderit adhuc sibi deberi l. si chirographum 24. ff. de probat.

De Compensationibus.

1 VSuræ cum usuris compensantur: quinimo compensatio efficit ut usuræ non debeantur eius pecuniæ, cuius compensatio fieri debet l. cum alter 11. l. si constat 4. l. etiam 5. C. eod. l. eius quantitatis 7. C. de solut.

2 Et usuræ cum fructibus l. quoties 15. C. de rei vind. l. cum pignoris ult. *C.* de partu pign. l. cum debitor 8. ff. in quib. cav. pig.

3 Et impensæ l. in insulam 42. §. fructus 1. ff. sol. mat.

4 Sed & paria delicta mutuo compensantur l. si ambo 10. in pr. ff. de compens.

5 Et dolus cum dolo compensatur l. domum 57. §. quod si ult. ff. de cont. empt. Ovid. de art. am. lib. 1. ℣. 635.

6 In deposito vero compensatio locum non habet l. si quis 11. *C.* depos. c. ult. de depos. Nov. de depos. 88. c. 1.

7 Neque in commodato l. prætextu ult. C. commod.

8 Nisi de eo quod contrario iudicio consequi possumus: nam eius occasione retentio competit l. in rebus 18. §. quod autem ult. ff. commod.

9 Neque in fiscali debito ob causam publicam l. ob negotium 20. ff. de compens. l. aufertur 46. §. ut debitoribus 5. ff. de iur. fisc. l. in ea 3. l. si ex 7. C. de compens.

10 Neque eius debiti quod alij quam debitori debetur l. in rem 18. creditor ult. ff. de compens.

11 Vel quod alius quam creditor debet l. eius 9. C. de comp. l. cum militiæ 16. in pr. l. id quod 23. ff. eod.

12 Fideiussor vero compensationem opponere potest etiam eius quod reo principali debetur l. verum est 4. l. si quid 5. ff. de compens.

13 Et filiusf. eius quod patri debetur, dummodo caveat patrem ratum habiturum l. si cum 9. §. sed si vult. ff. de comp.

14 Et cessionarius de eo quod cedenti debebatur, cuius cessionem habet l. in rem suam 18. in pr. ff. de comp.

15 Quin etiam compensatio pro uno debito semel opposita, pro alio non est admittenda l. quod labeo 13. ff. de comp.

16. Nec nisi debiti liquidi, confessi, præsentis l. compensationes ult. C. de comp. l. quod in diem 7. in pr. l. quæcumque 14. l. si debeas 22. ff. eod.

17. Si vero debitum sit liquidum, locus solutionis non impediet compensationem, solvendo quod interest l. pecuniam 15. ff. de comp.

18. Nec quod nondum tempus solutionis, humanitatis causa indultum, & prorogatum nondum venerit l. cum militiæ 16. §. cum intra ult. ff. de comp.

19. Minor ex sua administratione conveniri potest in quantum factus est locupletior agendo autem compensationem eius quod gessit patitur l. ait prætor 3. §. pupillus 4. ff. de neg. gest. iuncta l. etiam 9. ff. de compens.

20. Similiter pater agens ex contractu filij compensationem admittere cogitur in solidum; quamvis si conveniretur, de peculio tantum teneretur l. si cum filiof. 9. in pr. ff. de. comp.

21. Compensatione omissa competit condictio indebiti l. si ambo 10. §. si quis 1. l. posteaquam 21. ff. de comp. l. quod dicitur 5. §. si duos 2. ff. de imp. in res dot. fact. l. qui invicem 30. ff. de cond, indeb.

De Consignationibus.

1. Consignatio idem operatur quod solutio, dummodo pecunia oblata sit creditori, vel in iudicio eo absente l. si creditrici 6. l. acceptam 19. C. de usur. l. creditor 20. C. de pig. l. qui pignus 1. C. qui pot. in pignor.

2. Et in loco facta sit in quo & solutio fieri debet l. obsignatione 9. C. de solut. l. qui Romæ 122. in pr. ff. de verb. oblig. l. is qui 9. ff. de eo quod cer. lo.

3. Et totius summæ liquidæ facta sit l. tutor 41. §. lucius 1. ff de usur.

4. Nam pro illiquido sufficit cavere l. stam liber.

5. Quo facto pigneratitia agi potest l. quo minus ult. ff. de pign. act. l. invicem 12. C. de compens. l. aliena 20. §. si per 2. ff. de pig. act.

6. Obligatio sola sine consignatione, impedit maiores tantum usuras ex mora promissas l. si per te 9. C. de usur. l. creditor 102. in pr. ff. de usu.

7. Et è contra consignatio sine obligatione præcedente, nihil prodest l. usuras 2. C. de usur.

8. Idem & si inoportuno loco, vel tempore oblatio facta sit l. si soluturus 59. ff. de solut.

9. Pecunia debito modo consignata, eius est periculo qui eam accipere recusavit l. qui decem 72. in pr. ff. de solut. d. l. acceptam 19. C. de usur.

De cessione bonorum.

1. Filij familias bonis cedere possunt l. cum & 7. C. qui bon. cedere poss.

2. Damnatus vero ob delictum non potest Guenes. tit. de bon. cess.

3. Neque conductor Guen. ibid. num. 1. Lovet C. 57.

4. Neque alienigena Guens. ibid. num. 3.

5. Neque fisci debitor Guido Pap. q. 211. num. 3.

6. Neque ij cum quibus contractum est necessitate muneris publici, quod gerunt Lovet C. num. 13. & ibi Brodeau.

7. Quod etiam locum habet contra mulierem in solidum cum marito obligatam si communitatem ipsius acceptaverit Brodeau in suis anu. ad Lovet C. 57.

8. Et contra fideiussorem conductoris in solidum obligatum Brodeau ibid.

9. Hodie cessio bonorum debet fieri à cedente personaliter in iudicio, eo discincto & capite aperto Carol. 8. 1490. art. 34. lud. 12. 1512. art. 70.

10. Creditores quinquennij dilationem dare debent, vel cessionem admittere l. cum solito ult. C. qui bon. ced. poss.

11. Si in alterutro eligendo creditores inter se dissentiant, ea pars prævalet, quæ potior est summa: si summa par sit utrinque numerus personarum vincit: si utraque sint paria, eorum prævalet electio, qui dilationem sequuntur d. l. ult. C. qui bon. ced. poss. l. iurisgentium 7. §. hodie ult. iuncta l. maiorem 8. ff. de pact.

12. Quod si plures andem habeant actionem

nem unius loco habentur l. si plures 9. ff. de pact.

13. Summæ iunguntur usuræ d. l. si plures §. ult ff. de pact.

14. Et hoc quidem servatur & obtinet, licet quidam creditorum absint l. rescriptum 10. in pr. ff. de pact.

15. Dilatio ad solvendum per supplicationem, & libellum iudici oblatum peti debet, non per rescriptum, nec bona ante libelli oblationem pignori capta debitori redentur, nisi data cautione Carol. 9. 1560. art. 61.

16. Cessio bonorum non infamat: existimationem tamen apud bonos suggillat Guen. de cess. bon. num. 1. Brodeau ad Lovetum C. 56.

17. Renuntiatio beneficio cessionis bonorum nullius est momenti Guido Pap. q. 211.

18 Bonorum cessio debitoris, eius fideiussori non prodest Guido Pap. q. 211. num. 3.

De Pignoribus.

De jure creditoris adversus debitorem.

1 PIgnus contrahi potest sine scriptura l. contrahitur 4. ff. de pignor.

2 Et per epistolam l. cum tabernam pen. §. idem quæsiit 1. ff. de pign.

4 Et ultima voluntate constitui l. non est mirum 26. ff. de pign. act. l. Lucius 12. ff. de alim. & cib. leg.

4 Quinimo res hereditariæ pro solutione legatorum seu fideicommissorum, etsi dictum non sit, tacite tamen sunt obligatæ l. 1. C. comm. de leg. l. creditorib. 4. §. legatarius ult. l. quoties 6. in pr. ff. de separat. Guido Pap. q. 483.

5 Pignoratio rei alienæ non valet l. quæ prædium 6. l. nexum ult. C. si aliena res pign. l. si debitor 2. ff. de pign. act.

6 Nisi sciente & consentiente domino, vel ex postfacto ratum habente l. aliena 20. in pr. ff. de pig. act. l. si fundus 16. §. si

nesciente 1. ff. de pign. l. Pomponius 5. §. si quis ult. ff. in quib. cav.

7 Vel in fraudem creditorum dissimulante facta sit l. si probaveris 2. C. si aliena res pign.

8 Usque adeo ut nec pignoratio rerum minoris à curatore facta valeat, nisi mutua pecunia in rem eius accepta sit l. curator 3. l. si in rem 7. C. si res al. pig. l. tutor 16. in pr. ff. de pign. act.

9 Rei vero communis pignoratio tenet pro parte tantum socij pignorantis l. un. C. si comm. res pig.

10 Ita tamen ut divisione facta, hypotheca non sit in ea parte, quæ socio pigneranti contigit, sed in dimidia totius parte pro indiviso l. si consensu 7. §. illud ult. ff. quib. mo. pign.

11 Et in divisione facienda ratio haberi debet eius, quod res sit pignori obnoxia l. 6. § 8. ff. comm. divid.

12 Sed competit creditori contraria pigneratitia actio l. cum debitore 52. ff. de pign. act.

13 Nisi cum alienam esse sciebat: tunc enim nec si res postea facta sit debitoris habebit actionem, sed tantummodo si

possideat retentione, si specialis fuerit hypotheca: generalis enim refertur etiam ad bona postea quæsita l. conventio 1. iuncta l. & quæ 15. §. quod dicitur 1. ff. de pign.

14 Quod si res erat debitoris cum pignus contrahebatur, sententia postea lata contra debitorem, creditori non nocebit, probanti rem fuisse in bonis debitoris, eo tempore quo pignoris conventio facta fuit l. si superatus 3. ff. de pig. l. iudicatæ 29. §. si debitor ult. ff. de exc. rei iud. l. ab executore 4. §. idq; 4. ff. de appell. l. potior 11. §. si de futura 3. ff. qui pot. in pig.

15 Licet nondum tradita esset possessio l. creditor 3. §. cum ex causa mandati 1. ff. qui pot. in pign.

16 Vel quo pecunia numerata fuit: nam tempus numerationis, non contractus inspicitur in mutuo l. Titius 4. ff. quæ res pign. l. potior 11. ff. qui pot. in pign.

17 Licet contra sit in stipulationibus d. l. potior 11. §. videamus 1. l. qui balneum 9. in pr. & §. 2. ff. qui pot. in pign.

18 In generali hypotheca tam præsentia, quam futura bona comprehenduntur l. si quis ult. C. quæ res pign.

19 In ea tamen non venit, quod nemo sani capitis specialiter obligaret l. alumnos 1. C. quæ res pign. l. obligatione 6. & l. 7. 8. 9. ff. de pignor.

20 Sed & pignora specialiter obligata prius vendi debent, quam ad generalem hypothecam deveniatur l. quæ specialiter 9. C. de dist. pign.

21 Generalis quoque hypotheca prior, præfertur speciali posteriori l. si generaliter 6. C. qui pot. in pignor.

22 Etiam adversus remp. l. si fundum 4. C. qui pot. in pign. l. si ignorante 3. C. de rem. pign.

23 Creditor potest pignus retinere non tantum pro debito, sed etiam pro eo quod solvit pignoris occasione l. in summa 6. C. de pignor.

24 Poterit etiam retinere reliqua pignora, si post solutionem factam ex pretio venditionis partis pignorum immineat periculum evictionis l. 8. §. 1. ff. de pign. act.

45 Et donec solvantur impensæ utiles, & necessariæ l. necessarias 8. in pr. ff. de pign. act.

26 Dummodo eas fecerit ex consuetu-

dine, & voluntate debitoris, & quas erat verisimile eum facturum fuisse l. si servos 25. ff. de pign. act. l. Iulianus 13. §. praeterea 22. ff. de act. emp. l. utilium 8. ff. de imp. in res dot.

27 Fructus extantes rei pignoratæ, quæ in dominio debitoris tunc erat, cum fructus perciperentur, sunt tacite obligati pro debito. non tamen empta ex fructuum pretio l. quamvis 3. C. in quib. cav. pig. l. 1. §. cum prædium 2. l. si fundus 16. §. interdum 4. l. Paulus 29. §. si moncipia, ff. de pign.

28 Neque redacta, seu facta ex re pignorata, nisi nominatim dictum sit l. si convenerit 18. §. si quis 3. ff. de pign. act.

29 Pignus pignori creditor dare potest, & nomen debitoris sui: quod tunc is qui pignori dedit amplius exigere non potest, nec ei recte solvitur: dummodo debitori denuntiatum fuerit l. grege 13. §. cum pignori. 2. ff. de pignor. l. si convenerit 18. in pr. ff. de pign. act. l. nomen 4. C. quæ res pign.

30 Ita tamen ut pecunia a domino soluta secundi pignoris neque persecutio, neque retentio sit concessa l. debitor 40. §. soluta ult. ff. de pign. act.

31 Ius pignoris durat etiamsi res mutata sit l. si fundus 16. §. si res 2. ff. de pign. l. si insula ult. eod.

32 Durat & ius emphyteuticum Guido. Pap. q. 91. num. 3.

33 Ita ut ædificium, vel de novo positum, vel restitutum ius soli sequatur, quantum ad ius pignoris l. domo 21. ff. de pign. act.

34 Tertius tamen bonæ fidei possessor impensas factas recuperabit l. paulus 29. §. domus 2. ff. de pignor.

35 Sed & incrementa, & accessiones, & consolidationes ius quoque pignoris sequuntur l. si convenerit 18. §. si nuda 1. ff. de pign. act.

36 Valet pactum ut debito non soluto creditor habeat pignus iusto pretio emptum l. si fundus 16, §. potest ult. ff. de pign.

37 Et illud, ut pignus detur in solutum pro debito. ex post facto interveniens l. Titius 34. ff. de pign. act. l. rescriptum 12. in pr. ff. de dist. pign.

38 Et pactum simile legi commissoriæ, reprobatur quidem inter debitorem & creditorem: non autem inter debitorem, &

tertium l. Titius ult. in pr. ff. de cont. empt.

39 Pactum vero ut non liceat debitori pignus vendere efficit, ut secuta venditio nullius sit momenti l. si creditor 7. §. quæritur ult. ff. de dist. pign.

40 Si creditor ab emptore pignoris pretium consequi non possit, debitor non liberatur, si creditori nulla culpa possit imputari l. quæsitum 9. in pr. ff. de dist. pign.

41 Vel nisi acceptum tulerit creditor pretium emptori, vel ab eo fidem eius secutus, stipulatus sit l. si creditor 26. ff. de solut.

42 Non liberatur etiam debitor quamdiu res inempta fieri d. l. si creditor inf. & l. si rem 20. ff. de solut.

43 Vel evinci l. qui sibi 33. in pr. ff. de solut.

44. Nec cum sua causa firmé apud creditorem remanere potest l. cum quis 38. §. qui hominem 3. ff. de solut. l. Neratius 63. ff. de condict. indeb. l. eleganter 24. ff. de pign. act.

45. Vel cum pretium pignoris venditi

creditori poteſt auferri l. reſcriptum 12. §. ſi aliena ult. ff. de diſt. pign.

46. Quin etiam nec ipſe fideiuſſor liberatur l. ſi mandatu 59. §. creditor 4. ff. mand.

47. Denique non liberatur debitor, ſi reprobos nummos dederit in ſolutum: nec ideo minus pignus vendi poterit, reprobis videlicet nummis redditis d. l. eleganter 24. §. qui reprobos 1. ff. de ping. act.

48. Pignoris redditio liberationem, ſolutionemve non probat l. poſtquam 3. ff. de pactis.

49. Neque pignoris legatum: niſi alia fuerit mens legantis, vel paciſcentis l. omnibus 1. §. Iulianus ult. ff. de lib. leg.

50. Heres pro parte non poteſt partem ſuam ſolvendo, pignus pro parte liberare, neque impedire ne totum pignus vendatur l. qui pro parte 1. C. de luit. pign. l. ſi neceſſarias 8. §. ſi unus 2. ff. de pign. act. l. 25. §. 14. ff. fam. erc.

51. Nam in ſolidum pignus obligatum eſt l. rem hereditariam 65. ff. de evict.

52. Et in ſolidum vendi poteſt, donec ſolidum ſolutum ſit l. quandiu 6. C. de diſt.

pign. l. debitoris ult. C. debit. vend.pign. imp. non poſ. l. qui pignori 19. ff. de pignor.

53. Contrarium obtinet ſi non piguus conſtitutum, ſed uſusf. relictus ſit donec ſolvatur: nam unus heredum portionem ſuam ſolvens, partem uſusf. recipiet l. cui uſusf. 30. in pr. ff. de uſuf. leg.

54. Et in genere inter heredes perſonalis quidem actio dividitur pro parte, tam paſſive quam activé: pignus vero in ſolidum unicuique tenetur, & contra unumquemque in ſolidum pignoris competit perſecutio toto tit. C.ſi unus ex plur. her. cred. l. ſed & 28. §. ſi paterf. ult. l. ſi petitor 31. ff. de iudic.

55. In tantum ut licet uni ſoluta ſit portio debiti, alij nihilominus, oblato dedebitori eo quod eorum coheredi ſoluit, totum pignus vendere poſſint l. ſolutum 11. §. ſi creditori 4. ff. de pig. act.

56 Vnus tamen plurium heredum actionem pro toto inſtituere poteſt, ſolutionem vero non niſi pro ſua parte petere poteſt Papo tit. de plurisp. art. 4.

57. Niſi ei in diviſione hereditatis debitum in ſolidum aſſignatum ſit l. arbiter

11. ff. de dist. pign. l. debitores 1. C. de except.

58. Si emerit fundum hereditarium pignori datum creditore distrahente, à coheredibus suis communi dividundo iudicio conveniri non poterit l. 17. ff. comm. divid.

59. Poterit tamen ab eo fideicommissum peti, si ei debitum solvere velint l. ult. §. 4. ff. de leg. 2.

De iure creditorum inter se.

60. POsterior creditor non habet ius distrahendi, nisi prior satisfaciat l. creditor 1. ff. de dist. pign. l. 52. §. ult. ff. de pecul.

61. Quod quidem ita demum obtinet si alia bona debitoris non reperiantur, quibus priori creditori satisfieri possit: alioquin posterior creditor, qui prævenit in pignore capiendo à priori impediri non poterit, quo minus pignus vendat: quia contra tertium agi non potest nisi discusso debitore auth. hoc si debitor C. de pign.

62. Quod si alia non sint bona, tunc

prior creditor concurrit cum posteriore in venditione rei, & prius ei solvitur secundum illa iura, quæ hoc casu valent.

63. Quin etiam distractione decreti interpositione perfecta, rem nihilominus actione hypothecaria prior creditor avocabit ab emptore, nisi ei satisfaciat l. creditor 12 in pr. & §. si priori ult. ff. qui pot. in pign. l. prior 5. C. eod.

64. Si distractio fuerit particularis, nam generali distractione solemniter facta omnis actio peremta est, neque ullus ad agendum deinceps admittitur, quantum ad ea, quæ in illa solemni distractione empta fuerunt.

65. Quid si pluribus eadem res eodem tempore fuerit obligata; si simul pro parte, nisi ut in solidum agere liceat convenerit: si separatim unicuique competit pro quantitate debiti pignoris persecutio in solidum l. si fundus 16. §. si duo pen. ff. de pignor.

66. Sed tunc melior est conditio possidentis l. si debitor 10. ff. de pignor. l. si colonus 1. §. si colonus ff. de Salvia, interd. l. in pari 128. ff. de reg. iur.

67. Quid si pluribus in solidum quæsita sit actio de eadem re? melior erit conditio

occupantis in ſententia obtinenda, quando noxali agitur actione l. ſi quis 14. in pr. ff. de noxal. act.

68. Vel de peculio l. ſi vero 10. l. ſi ſemel 26. ff. de pecul. facit l. bona fides 57. ff. de reg. iur.

69. Interdum vero melior eſt conditio occupantis in lite conteſtanda l. ſi Titius 9. ff. de verb. oblig. l. ſi pluribus 33. ff. de leg. 1.

70. Occupantis tamen melior non eſt conditio in actione pro ſocio l. verum eſt 63. §. ſi cum tres 5. iuncta l. ſi unus 67. in pr. ff. pro ſoc.

71. Neque in tributoria actione l. procuratoris 5. §. tributio ult. iuncta l. 6. ff. de trib. act.

72. Neque adverſus privilegiatum l. ſed an. 3. ff. quod cum eo qui in al. pot.

73. Sed & poſterior creditor priorem impedire non poteſt quin vendat, niſi ei ſolvat l. quominus ult. C. ſi ant. cred.

74. Vt nec ipſe debitor l. ſi ſunt 1. C. debit vend. pign. imped. non poſſe.

75. Niſi pactus fuerit ne vendere liceat: tunc enim non niſi poſt trinam denuntia-

tionem creditor vendere poterit l. si convenit 4. iuncta l. 5. ff. de pig. act.

76. Ad vendendum autem cogi non poterit l. quamvis 6. in pr. ff. de pig. act.

77. Venditionem tamen pati debebit, dummodo cautio præstetur, quod ei ex pretio venditionis satisfiet d. l. quamvis in pr. ff. de pig. act. l. à divo Pio 15. §. quod si 5. ff. de re iudic.

78. Nam non solum debitor, sed etiam posterior creditor, solvens priori cuicunque creditori ius pignoris ad se aduocat. l. si prior ult. C. de his qui in prior cred.

79. Quod quidem alia persona solvens pro alio non faceret, nisi ita convenisset, sive cum utroque, tam creditore, quam debitore, sive cum alterutro l. non omnimodo 1. C. de his qui in prior. cred. loc. l. nulla 5. C. de solut. l. creditor 12. §. à Titio 8. ff. qui pot. in pig. l. Aristo. 3. ff. quæ res pig. l. 7. §. pen. & ult. de reb. eor.

80. Vel nisi solvisset propter emptionem pignoris à se factam l. si priores 3. C. de his qui in prior. cred. l. eum 17. ff. qui pot. in pign.

81. Nam & ei potest offerri l. cum prior 3. §. si tamen ult. ff. de dist. pign.

82. Nec obstat lex 1. C. de his qui in prior. loc. & l. 3. ff. que res pign. & similes nam loquuntur de persona extranea quæ mutuo dedit, vel soluit pro alio, quæ quidem non habet hypotecam nisi ex conventione.

83. Nec habebit ius creditoris, sed poterit pignus retinere donec sibi satisfiat l. divortio 35. §. illum autem 1. ff. de neg. gest. l. debitoris 1. in pr. ff. quib. mod. pign.

84. Sed & creditorem complere non poterit, ut cedat. actiones l. nulla 5. C. de solut.

85. Iustus tamen possessor à creditore conventus, eum cogere poterit ut cedat actiones l. mulier 19. ff. qui pot. in pign.

86. Iniustus vero possessor licet creditorem cogere non possit ut cedat actiones, nihilominus solvendo, eum à vindicatione pignoris removet l. Paulus 12. §. qui pignoris ult. ff. quib. mod. pign. l. si fundus 16. §. in vindicatione 3. ff. de pignor.

87 Emens vero à priore creditore, à secundo inquietari non potest l. si vendidisset 1. C. si ant. cred. l. cum prior 3. in pr. ff. de dist. pign.

88 Ipsique emptori post rei traditionem, etiam per calamum in ultimo incantu factum, competit in rem actio l. qui prædium 13. l. obligatis 15. l. qui à creditore 18. C. de dist. pign. Guido Pap. q. 81.

89 Sed nec ab ipso debitore poterit inquietari l. obligata 2. C. si ant. cred. l. si cessante 7. l. si prius quam 8. C. de dist. pign.

90 Nisi ex pacto l. si creditor 7. §in pr. & §. illud 1. ff. de dist. pig. l. si venderet 15. in pr. ff. de pign. act.

91 Vel ratione minoris ætatis, aut absentiæ reip. causa d. l. si creditor 7. §. illud 1. ff. de dist. pign.

92 Vel doli, vel quod solemnitates observatæ non fuerint, vel quod ius non haberet creditor infra num. 136.

93 Et si non creditor à creditore, vel fideiussor debitoris emerit l. cum posterior 6. l. cum secundus 5. §. si secundus ult. ff. de dist. pign. facit l. ult. §. 4. ff. de leg. 2.

94 Nam tunc competit ius offerendi, etiam si iudicis authoritas intervenerit l. fideiussor 2. ff. de dist. pig.

95 Idem est in emente ab ipso debitore, ut

ut priori creditori solvatur l. cùm prior 3. §. si tamen ult. ff. de dist. pig.

96 Poterit & ei offerri qui loco rei, litis æstimationem priori dedit creditori l. creditor 12. §. si quoniam 1. ff. qui pot. in pig. l. si creditor 2. ff. quib, mod. pig.

97 Si voluntate prioris creditoris eadem res posteriori fuerit obligata, posterior potior erit priore l. creditor 12. §. si tecum 4. ff. qui pot. in pig. l. Paulus 12. in pr. & l. Titius 9. §. Titius ult. ff. quib. mod. pig.

98 Nam eo facto creditor ius suum pignoris remisisse videtur: sed quantum ad illum tantummodo pro quo consensit, non etiam quantum ad alios per l. iubemus 21. C. ad Velleian, Gothof. ad d. l. Paulus ff. quib. mod. pig.

99 Ita ut prior ille creditor prærogativa temporis uti possit, contra alios omnes posteriores creditores, eo solo excepto cuius hypothecæ consensum præbuit.

100 Dos præfertur omnibus mariti creditoribus tempore solo, vel privilegio simul, & tempore potioribus eo excepto qui credidit in emptionem militiæ l. assiduis ult. ℣. sancimus C. qui pot. in pig. authent. quo iure eod.

101 Hoc privilegium non transit in heredem l. un. C. de privil. dot. §. fuerat 29. in fin. inst. de act.

102 Nisi sit de liberis auth. si quid C. qui pot. in pig.

103 Vbi notandum quod inter simili privilegio gaudentes, is potior qui prior est tempore ibid. & apertius in nov. de exact. dotis 91. unde d. auth. si quid desumpta est sed contra l. privilegia 32. ff. de reb. aut. iud. l. si hominem 7. §. item quæritur ult. ff. depos.

104 Mutuans in refectionem habet in re exigendi privilegium l. creditor 25. ff. de reb. cred. l. 1. ff. in quib. cav. pign. l. 1. ff. de cess. bon.

105 Et qui impendit in rem l. interdum 5. l. huius 6. ff. qui pot. in pign. l. qui in navem 26. l. quod quis 34. ff. de reb. aut. iud. poss.

106 Et mutuans in emptionem, si empta ei fuerint specialiter obligata l. licet 7. C. qui pot. in pig. l. Titius ult. §. negotiatori ff. eod. l. procuratoris 5. §. quid tamen 8. & §. plane 17. ff. de tribut. act.

107 Et qui agit ex causa depositi apud cummularium facti l. si hominem 7. §. pen.

& ult. l. quod privilegium 8. ff. depos. l. si ventri §. in bonis 2. & §. eorum 3. ff. de reb. aut. iud. poss.

108 Et dominus soli pro solario, & reliquis censuum l. etiam 15. ff. qui pot. in pign. Guenes. in coll. const. regiarum tit. de cap. pignor. num. 24.

109 Hypothecarij creditores chirographariis præferuntur l. pro debito 6. C. de bon. aut. iud. l. cum rempublicam 3. C. qui pot. in pign.

110 Exceptis ijs qui bonorum separationem impetraverunt l. 1. §. ex contrario 2. vers. at qui, iuncto §. sciendum & §. sed etiam 4. ff. de separat.

111 Et nisi cum idiochira recognita fuerunt coram iudice supra de testib. num. 47. 48.

112 Vel sit tribus testibus subscriptum idiochirum l. scripturas 11. C. qui pot. in pig. & Gothof. ibid. littera f.

113 Sed & sententia à die pronuntiationis habet vim hypothecæ Carol. 9. 1566. art. 53. & in declarat. supra eandem constit. art. 11.

114 Qui prior est in sorte tempore, in-

telligitur etiam esse prior in usuris l. Lucius 18. ff. qui pot. in pig.

De iure deb. advers. credit.

115 DEbitor non consentiente creditore pignus distrahens dominium nihilominus transfert in emptorem saluo tamen manente iure creditoris l. si debitor 12. C. de dist. pign. l. si ignorante 3. l. res 10. C. de rem. pign. l. si convenerit 18. §. si fundus 2. ff. de pign. act.

116 Qui tamen agere non potest contra emptorem, nisi prius discusso debitore auth. hoc si debitor C. de pignor l. Moschis in pr. ff. de iur. fisci.

117 Emptori enim competit exceptio ordinis, sed opponi debet ante litem contestatam Guido Pap. q. 94. in fine.

118 Imo potest in quacunque parte litis Guido Pap. q. 432. n. 10. secundum Butricarium cuius tamen opinio non servatur in Delphinatu d. q. 94.

119 Et hoc sive sit generalis, vel specialis hypotheca, nisi clausula constituti,

vel precarij apposita sit Papo tit. de hypot. art. 9.

120 Per debitorem enim qui precario rogavit l. certè 6. §. quæsitum ult. ff. de precario.

121 Vel conduxit, possidet creditor l. si pignus 37. ff. de pign. act. l. res pignoris 37. ff. de acq. poss. l. non solum 33. §. si rem ult. ff. de usucap.

122 Itaque si debitor intervertere velit possessionem creditoris, adversus ipsum debitorem ei competit interdictum quod precario d. l. certè §. ult. ff. de precar.

123 Et adversus alium, in quem debitor transtulerit possessionem, utitur creditor remedio l. ult. C. de acq. poss. vel l. ult. C. de præt. pign.

124 Nec ad discussionem bonorum debitoris remitti poterit: quoniam creditor de possessione pignoris dimoveri non debet, nisi ei fuerit satisfactum l. quamvis 6. in pr. ff. de pignor. act. l. à divo Pio 15. §. quod si 5. ff. de re iudic. Guid. Pap. q. 432. num. 12.

125 Agitur autem hypothecaria contra tertium possessorem, postquam summaria perquisitione facta constiterit debitorem

nulla habere bona Guid. Pap. q. 432. num. 1. 2.

126. Vel etiam nulla perquisitione factâ, & non facta discutione, si debitor sit notoriè non solvendo ibid. num. 5.

127. Quæ quidem discutio fieri potest etiam pendente iudicio contra tertium possessorem Guido Pap. d. q. 432. num. 11.

128. Et agenti sufficit probare debitorem possedisse rem tempore obligationis tanquam suam Guid. Papæ d. quæst. 432. num. 6.

129. Nec non de pluribus possessoribus poterit eligere creditor quē voluerit atque pro toto agere contra quemlibet d. q. 432. num. 4.

130. Ius vero suum creditor amittit qui alienationi pignoris consentit l. si te 1. l. si probaveris 2. l. cum te 4. C. de remiss. pign. l. si consensit 7. in pr. ff. quib. mod. pig. solu.

131. Si alienatio effectum habuerit l. sicut 8. §. 6. 11. 12. 13. 14. 16. 17. 18. l. Titius 9. in pr. l. Lucius 11. ff. quib. mod. pign. solvit.

132. Nec reversa res in dominium debitoris, iterum hypothecæ antea dissolutæ,

ſupponitur l. ſolita ult. C. de rem pign.

133. Si vero alienatio non valuerit, vel effectum non habuerit, pignus non ſolvitur l. ſi debitor 4. §. bellè ult. l. voluntate 10. in pr. ff. quib. mod. pig. ſol.

134. Vt nec cum ſalva cauſa pignoris ſui creditor conſenſit d. l. ſi debitor 4. §. in venditione 1. ff. quib. mod. pign. ſol.

135. Præſens & tacens non videtur pignus remiſſiſſe, ſecus in eo qui tabulis alienationis ſubſcripſit l. ſicut 8. §. non videtur 15. ff. quib. mod. pign. ſol.

136. Et qui citatus ius ſuum exequi neglexit l. ſi eo 6. C. de rem pign.

137. Quin etiam reſoluto iure debitoris reſolvitur hypotheca creditoris Guid. Pap. q. 428. num. 3.

138. Creditor qui dolo in venditione pignoris uſus fuit, debitori tenetur in id quod eius intereſt: & ſi ſolvendo non ſit, emptor qui cum eo colluſit, rem cum fructibus reſtituet, accepto pretio cum uſuris l. præſes 1. l. ſi vxor 3. C. ſi vend. pig. ag.

139. Si non colluſerit emptor conveniri non poterit l. ſi creditore ult. C. ſi vend. pig. ag.

140. Nisi cum creditor ius distrahendi non habebat l. servos 2. C. si vend. pig. agat.

141. Is autem censetur mala fide, seu dolo usus, qui rem viliori pretio distraxit gl. ad. l. 1. 3. C. si vend. pign. ag.

142. Idem obtinet & si non observatis solemnitatibus distractio facta sit l. cum contra 4. C. si vend. pig. ag.

143. Sed & creditor qui vendidit rem obligatam minus iusto pretio, tenetur totum iustum pretium sibi computare l. si ut proponis 18. C. de fideiuss.

144. Et id omne quod pignoris occasione consecutus est imputare in debitum, vel debitori restituere l. si inter 21. §. quicquid pen. & §. si res ult. ff. de pignor l. creditoris 55. in pr. ff. de furt.

145. Si quid superfluum sit post debitum exsolutum l. secundum ult. C. de dist. l. vetustissimam 3. §. sed si quidem 4. cum seq. C. de iur. dom. imp.

146 Vel actiones cedere, si nondum exacta sit pecunia, ut eas debitor periculo tamen venditoris exerceat, quantum ad pretium pignoris venditi l. eleganter 24.

§. ſi vendiderit 2. l. ſi pignore 22, in pr. l. creditor 42, ff. de pignor. act.

147 At vero quod ipſe debitor furti actione præſtitit creditori, vel condictione, vel actione quod metus cauſa, debito non debet imputari l. ſi pignore 22. in pr. & §. idem Papinianus 1. ff. de pign. act.

148 Et generaliter id quod pœnæ nomine à debitore exactum eſt, lucro debet cedere creditoris l. id quod 74. ff. de ſolut.

149 Nam creditor habet actionem ad rem pignori, vel hypothecæ datam, perſequendam, quia eius intereſt rei incumbere, re § furti 13. & § unde conſtat 14. inſtit. de oblig. quæ ex del.

150. Sed cum res eius non ſit periculo, lucrum reſtituit quod ab altero quam debitore conſecutus eſt ut ſupra num. 144. 145 146.

151 Quid ſi res interiit? creditori competit actio contra interimentem uſque ad quantitatem debitam ſi debitor ſit non ſolvendo, alioquin ipſi debitori tantum l. qui occidit 30. §. pignori 1. ff. ad leg. Aq.

152 Quid ſi creditor pignus perſequens cuius poſſeſſionem amiſerat, loco rei litis

æſtimationem conſecutus ſit? reddita litis æſtimatione debitor rem ſuam conſequi poterit l. ſi creditor 2. ff. quib. mod. pig. ſol. l. ſi creditor 28. in pr. ff. de pign. act.

153 Eadem ratione conductor habet furti actionem ſi ſolvendo ſit, non ipſe dominus, quinimo quoniam res eius eſt periculo lucrum non reſtituit §. 15. inſt. de obl. quæ ex del.

154 Quantum vero ad commodatarium res aliter ſe habet: nam quamvis res eius ſit periculo, nihilominus dominus electionem habet, vel rei perſequendæ contra furem, vel agendi cum commodatario: ita tamen ut una via electa ad aliam regredi non liceat l. manifeſtiſſimi ult. in pr. & §. 1. C. de furt.

155 Niſi cum ignorans, vel dubitans egit cum commodatario: ſed tunc electio ei ſervatur, ſi res adhuc ſit integra, id eſt ſi nondum ei ſatisfactum fuerit à commodatario d. l. ult. §. ſin autem 2. C. de furt.

156. Vel nondum condemnatum fecerit furem commodatarius d. l. ult. §. ſed cum 3. C. de furt.

157. Tunc enim dominus actionem tantum habebit contra commodatarium, in quam non veniet pœna, seu lucrum ibid.

158. Sed & si uxor commodatarij surripuerit rem commodotam, actio tantum competit domino contra commodatarium, si sit solvendo, & non contra uxorem d. l. ult. §. cum autem ult. C. de furt.

159. At vero depositarius furti non habet actionem: quia cum non teneatur eius nihil interest §. furti 13. & §. sed is 17. instit. de oblig. quæ ex delict.

160. Fructus rei pigneratæ tam percepti, quam qui percipi potuerunt, imputantur in sortem: quod si sortem excedant superfluum debitori restitui debet, l. ex pignore 1. l. quod ex operis 2. l. creditor 3. l. quominus ult. *C.* de pig. act. l. fundum 1. C. de dist. pign. cap. 6. de pignor. cap. 2. de usur.

161. Nisi per Ecclesiasticam personam percepti fuerint in possessione Ecclesiastica à Laico detenta c. 1. de usur.

162. Vel in terra existens de feudo sui Monasterij cap. 8. eod.

163. Vel nisi pignus traditum fuerit pro

dote non soluta cap. 16. eod.

164. Creditor præstat amissionem, damnum, & deteriorationem pignoris suscepti, dolo, vel culpa, vel occasione eius contingentia l. creditor 7. C. de pign. act. l. si cum §. venit ult. iuncta l. ea igitur 14. & l. creditor 15. ff. eod. l. locum ult. ff. eod.

165. Eiusque rei ratione cum eo agi potest, etiam ante solutam pecuniam d. l. locum in fine pr. ff. eod.

166. Et exceptio opponi l. apud Celsum 4. §. item quæritur 7. ff. de doli except.

167. Alioquin detrimentum vi maiore, vel casu fortuito sine eius culpa contingens, creditor non præstat d. l. locum §. Titius ult. ff. de pign. act. l. sicut 19. C. de pignor. l. quemadmodum 29. §. magistratus 7. ff. ad leg. Aq. l. si creditor 5. l. quæ fortuitis 6. l. si nulla 8. l. pignus 9. C. de pignor. act.

De fructibus & usufructu.

1. FRuctus à solo quoquo modo separati bonæ fidei possessoris efficiuntur l.

bonæ fidei 48. in pr. ff. acq. rer. dom. l. si eius 78. ff. de rei vind. l. si fructuarius 13. ff. quib. mod. usus f.

2. Etiam ab alio sati l. qui scit. 25. §. in alieno 1. ff. de usur.

3. Et licet medio tempore rem alienam esse cognoverit d. l. qui scit 25. §. bonæ fidei ult. ff. de usur.

4. Atque etiam rei vitiosæ, & quæ alienari non potest l. bonæ fidei 48. in fine pr. & §. & ovium ult. ff. de acq. rer. dom. l. sequitur 4. §. lana 19. ff. de usucap.

5. Non tamen fructus hereditatis: quoniam bonæ fidei possessor hereditatis damnatus id omne restituere tenetur, in quo reperitur factus locupletior l. item 20. §. item 3. l. sed & 25. §. augent ult. l. quod si 26. l. ancillarum 27. l. post 28. l. mercedes 29. ff. de petit. her. l. 1. §. usuras C. eod. l. pecuniæ 178. §. hereditas ff. de verb. sign.

6. Licet particularis bonæ fidei possessor rei hæreditariæ fructus lucretur à fundo separatos l. si post moram 2. C. de pet. her.

7. Lucratur & usufructuarius dummodo eius nomine separati sint l. si fructuarius

13. ff. quib. mod. ususf. l. si defuncta 58. in pr. ff. de usuf.

8. Etiamsi ante tempus maturitatis percepti sint l. si absente §. sylvam ult. ff. de usuf.

9. Dummodo utiliter l. in fructu 42. ff. de usuf. leg.

10. Et quovis modo, si ususf. duraverit usque ad tempus quo percipi debuerant Gothof. ad d. l. si absente 48. §. sylvam de usuf.

11 Quinimo & ab alio satos dummodo eos apprehendat l. arborib. 12. in fine ff. de usuf.

12 Ex animalibus vero nata, statim atque nata sunt fiunt bonæ fidei possessoris, & usufructuarij l. qui vas 48. §. ex furtivis 6. ff. de furt. l. sequitur 4. §. lana 19. ff. de usucap. l. in pecudum 28. ff. de usur.

13 Præterea fructus pendentes die ususf. legati cedente spectant ad fructuarium l. si pendentes 27. in pr. ff. de usuf.

14 Nec ei mora heredis in adeundo nocet l. si ususfructus 35. in pr. ff. de ususf. si l. usuf. 6. ff. de usuf. leg. adde l. quæsitum est 37. ff. de usuf.

15 Idem & si res ipsa legata, vel fidei-

commisso relicta sit l. herennius 42. ff. de usur.

16 Non tamen debentur nisi petiti fuerint, & ex mora l. in fideicommissaria 18. in pr. & §. quoties l. postulante §. sed in huiusmodi ℣. sed cum ff. ad Trebell. l. si quis 23. ff. de leg. 1. l. operæ 7. ff. de usuf. leg. l. qui usumfr. 36. §. ususfr. ult. ff. de usufr.

17 Sed potest iudex ex officio reum condemnare ad restitutionem fructuum à lite mota perceptorum, licet per libellum petiti non fuerint, Guido Pap. q. 405.

18 Idem etiam quantum ad usuras non petitas ibid.

19 Et expensas litis ibid.

20 Ad hæc pro oneribus matrimonij fructus dotis sunt lucro mariti l. pro oneribus 20. C. de iur. dot. l. un. §. cumque ℣. fœtus C. de rei ux. act. l. dotis 7. in pr. l. plerunque 10. §. sed fœtus l. si is 56. §. ibi dos, ff. de iur. dot.

21 Vltimo tamen anno non in totum, sed pro tempore matrimonij d. l. un. §. cumque 9. ℣. fœtus C. de rei ux. act. l. fructus 7. §. divortio 1. cum seq. l. si alienam 11. ff. solut. mat.

22 Nec possunt uxori donari, sed donati, ab ea repetuntur in quantum locupletior facta est l. pro oneribus 20. C. de iur. dot. l. si fructus 8. C. de donat. int. vir. l. si quis 21. §. si uxor ult. ff. eod. l. quidam 22. l. quæris 28. ff. de pact. dotal.

23 Nisi cum fructus est ipsa dos: nam tunc non cedunt lucro mariti, sed veniunt restituendi soluto matrimonio l. si convenerit 4. ff. de pact. dot.

24 Sed & fructus dotis vir non consequitur, si non sustinuit onera matrimonij d. l. si convenerit in fine ff. de pact. dot. l. si quis 21. §. ult. in f. ff. de don. int. vir.

25 Nec usuras dotis eius temporis quo onera matrimonij non sustinuit l. cum post. 69. §. in domum 3. ff. de iur. dot. l. creditor 60. §. si inter 3. ff. mand.

26 Denique maritus non lucratur id quod infructu non est l. fructus 7. §. si fundum 12. §. si vir. 13. ff. sol. mat. l. vir. 8. ff. de fun. dot.

27 Vt autem fructus dotis pertinent ad maritum sic & fructus beneficij ad beneficiatum Guido Pap. q. 110.

28 Prædiorum urbanorum pensiones pro

pro fructibus accipiuntur l. prædiorum 36. ff. de usur.

29 Et quod præstatur pro locatione operarum l. sed & si 25. in f. l. si operas 26. ff. de usufr. l. fructus 4. ff. de op. serv.

30 Vel pro locatione rei mobilis l. videamus 19. in f. ff. de usur.

31 Et si integro anno ususfr. duravit, pensiones integræ heredi fructuarij debentur, licet tardius inferantur l. defuncta 58. in pr. ff. de usufr.

32 Sin minus pro rata temporis l. si operas 26. ff. de usufr.

33 Quia non semel tantum in unoquoque anno ut fructus fundi, sed quotidie & continuo eiusmodi fructus percipiuntur.

34 Hoc fructuum nomine continetur, quod iustis sumptibus deductis superest l. 1. C. de fruct. & lit. exp. l. fructus 4. l. ult. in fine ff. de oper. serv. l. fructus 7. in pr. ff. solut mat. l. quod in fructus 46. ff. de usur. l. fundus 51. in pr. ff. fam. erc.

35. Eorum tamen in decimarum solutione non fit deductio C. 7. 22. 26. 28. de decim. Pap. tit. de decim. art. 10.

36. De usufructu in dotem dato vide l. cum in fundo 78. ff. de iur. dot.

37. Fructuarius causam proprietatis deteriorem facere non debet l. si cuius 13. §. fructuarius 4. ff. de usufr.

38. Nec rei qualitatem, vel usum mutare d. l. si cuius §. fructuarius ψ. & si forte & §. 7. & ult. iuncta l. licet 14. l. sed si 15. §. mancipiorum 1. & §. proinde 5. l. locum 17. §. ex eo 1. l. si pendentes 27. §. si dominus 1. ff. de usufr.

39. Nisi conditio legatarij aliud inducat ex præsumpta voluntate testatoris l. plenum 12. §. equitij 4. ff. de usu & habit.

40. Sed & rem usu vacuam ad usum transferre licet d. l. si pendentes 27. §. si servi 2. ff. de usufr.

41. Quin etiam non licet usufructuario aliquid novi facere in re in qua usumfr. habet invito domino, & sine eius permissione, nec si eam meliorem redditurus sit l. usufructu 7. §. ult. in f. iuncta l. quamvis l. usufructuarius 44. l. usufructuarius 61. ff. de usufr.

42. In area tamen cuius usufr. legatus fuit, poterit usufructuarius casam ædificare custodiæ causa earum rerum, quæ in area sunt l. si areæ 73. ff. de usufr.

43. Poterit & in fundo in quo usumfr.

habet l. si cuius 13. §. si tamen 6. in f. ff. de usufr.

44. Et reficere etiam invito domino, de operis vitio satisdatione præstita l. usufructu 7. §. *Cassius* ult. ff. de usuf. l. inter 20. ff. de damn. inf.

45. Sed si quid inædificaverit, postea neque tollere, neque refigere poterit: refixa plane vindicare poterit l. si is in pr. ff. de usufr.

46. Fodinæ cuiuscumque materiæ sint, etiam argenti, vel auri in fructu habentur l. item 9. in pr. & §. sed si 2. ff. de usufr. l. fructus 7. §. sed. si 14. l. si fundus 8. in pr. ff. solut. mat.

47. Eisque uti poterit fructuarius sive iam ante, sive etiam post usumfr. constitutum inventæ fuerint. atque institutæ l. item si 9. §, sed si hæc 3. ff. de usufr.

48. Nam eas de novo instituere potest, dummodo partem agri necessariam non occupet, & agriculturæ non noceat l. vir. ult. ff. de fun. dot. l. si cuius 13. §. inde 5. ff. de usufr. l. fructus 7. §. si vir. 13. ff. solut. mat.

49. Vel denique nisi magnum apparatum desiderent, quem proprietarius sustinere non possit, vel nisi cœlum corrum

pant l. si cuius 13. §. si tamen 6. ff. de usufr.

50. Fructuarius tenetur ad rei custodiam l. 1. in f. iuncta l. nam fructuarius 2. ff. usufr. quem cau.

51. Ad onera rei inhærentiam l. si pendentes 27, §. si quid 3. ff. de usufr. l. neque 13. ff. de imp. in res dot. l. quæro 28. ff. de usufr. leg.

52. Nisi specialiter nomine fideicommissi testatori placuisse probetur, hæc quoque ab herede dari l. usufructu 52. ff. de usufr.

53 Ad modicam refectionem l. usufructum 7. §. quoniam 2. & §. Cassius ult. ff. de usufr. l. si domus 18. ff. de usu. & habit.

54 Ad cautionem damni infecti l. hoc amplius 9. §. Celsus ult. l. quamvis 10. ff. de dam. inf.

55 Nisi velit usumfr. relinquere l. si absente 48. in pr. l. cum fructuarius 64. ff. de usufr.

56 Ad deteriorationes tamen tenetur licet usumfructum relinquere paratus sit l. sed cum 65. ff. de usufr.

57 Si sit usufructuarius universitatis,

ut puta gregis, armenti, vel æquitij tenetur in locum demortuorum capitum, vel inutilium alia ex fœtu summittere: quæ quidem vicem subeunt eorum in cuius locum substitúta sunt, & fructuarij esse desinunt: & vicissim illa vicem subeunt fœtus summissi, & usufructuarij esse incipiunt l. vetus 68. §. plane ult. iuncta l. vel inutilium 69. & l. quid ergo 70. ff. de usufr.

58 Similiter & in locum demortuarum arborum aliæ substituendæ sunt, & priores ad fructuarium pertinent l. agri 18. ff. de usufr.

59 Non tamen in locum vi tempestatis sine culpa fructuarij, deiectarum l. arbores 59. in pr. ff. de usufr.

60 Sed tunc sic deiectæ ad eum non pertinent l. arboribus 12. in pr. ff. de usufr.

61 Vt autem usufructuarius domini, sic nec dominus usufructuarij conditionem deteriorem facere potest l. sed si 15. §. proprietatis 6. §. sed nec ult. l. nisi 16. l. locum 17. in pr. & §. ex eo 1. l. si is 30. ff. de usufr.

62 Nec quid novi in re facere invito usufructuario: Si tamen fecerit demoliri

non poterit, si prohibuerit usufr. l. heres 12. ff. de usufr. leg.

63, Vsufructu quartæ partis bonorum relicto, heres electionem habet, vel rerum, vel æstimationis ipsarum usumfr. præstare l. generali 32. §. usumfr. pen. ff. de usufr. leg.

64 In usufructu fundi, vel domus etiam instrumenti fundi, vel domus usufr. continetur l. item 9. §. seminarij pen. & §. instrumenti ult. & l. ex sylva 10. l. sed si 11. l. sed si quid 15. §. proprietatis 6. in f. ff. de usufr.

65 Ii quibus alternis annis ususfr. legatus fuit ordine scripturæ servato utentur fruentur l. quoties 34. in pr. ff. de usufr.

66 Si usufructu detracto fundus uni legatus est, alij vero eiusdem fundi ususfr. sub conditione, interim ususfructus non remanet apud heredem, sed cum proprietate apud legatarium l. fundus 4. ff. si ususfr. pet.

67 Eodem modo si ususfructus uni pure, alteri sub conditione legatus fuerit, pendente conditione integer ususf. ad eum pertinet, cui pure relictus fuit l. idem 6. ff. de usufr. accr.

68 Si vero uni fundus, alteri eiusdem fundi usus fructus relictus sit: inter eos usus-fructus communicabitur l. si alij 19. l. Sempronius 26. §. si fundus ff. de usufr. leg. l. si tibi 6. ff. de usufr. ear. rer.

69 Et ius accrescendi locum habebit d. l. Sempronius 26. §. si fundus ff. de usufr. leg. l. idem 3. §. non solum l. si tibi 4. l. etsi 5. l. idem etsi 6. in pr. ff. de usufr. ac-cresc.

70 Non tamen si alij fundum, alij usumfr. iudex adiudicaverit communicabitur ususfr. l. & puto 26. §. Iulianus 1. ff. fam. erc.

71 Nec si deducto usufructu fundus uni alteri ususfr. legatus fuerit l. si alij 19. ff. de usufr. leg. l. idem, & si 6. §. sed si ff. de usufr. accresc.

72 Non extinguitur usus fructus morte eius, de cuius ætate mentio facta est in constituendo usufructu, sed ipso ætatis curriculo l. ambiguitatem 12. in pr. C. de usufr.

73 Nec morte eius in cuius persona conditio posita est, sed ipso conditionis eventu, vel morte usufructuarij, d. l. am-

biguitatem ✠. Sin autem C. de usufr. l. generali 32. §. duas 6. ff. de usufr. leg.

74 Sed & non extinguitur ex persona rogati, sed potius fideicommissarij, si facienda est, vel reipsa facta est restitutio: Sin minus interire dixerim ex persona rogati usumfr. restituere l. si legatum 4. l. Pomponius 29. §. idem Pomponius ult. ff. quibus modis ususfr. am. l. si quis 29. ff. de usufr. leg. l. qui usumfructum 3. ff. si ususfr. petetur, l. si ususfructus 9. in pr. ff. usufr. quem cav.

75 Nec ex persona eius cuius re vera est ususfr. sed eius ad quem dictum est in contrahendo, usumfr. pertinere, l. fundum 7. ff. de act. emp.

76 Si tamen venditor celaverit emptori eum ad quem ususfructus pertinebat, vel usumfructum alienum esse, tenetur ad interesse l. minor 39. §. qui servum ult. l. fundum 46. in pr. l. si rem 62. §. si fundum ult. ff. de evict.

77 Nec morte emptoris ususfructus, sed ipsius usufructuarij, qui vendidit l. necessario 8. §. ult. ff. de per. rei vend. l. si quis 9. §. hic subiungi 1. ff. locati.

78 Nec ususfructus per filium patri ac-

quisitus morte filij: & è converso mortuo patre adhuc apud filium remanet l. ex libris ult. C. de usufr.

79 His adde usumfructum non extingui, si usufructuarius efficiatur monachus Guido Pap. qu. 477. num. 4. & q. 595.

80 Rei vero mutatione extinguitur l. repeti 5. §. rei mutatione 2. & 6. si areæ ult. quid tamen 10. §. agri 2. cum seq. & l. nisi 11. ff. quib. mod. ususfr. Instit. de usufr. in pr. & §. eo amplius pen.

81 Si tota res totaliter mutetur: nam si quælibet rei portio remaneat, ususfructus integer salvus erit l. si cui 53. ff de usufr. l. fundi 8. l. sed & 9. l. quid tamen 10. in pr. & §. non tamen 4. ff. quib. mod. ususfr. am.

82 Nec si res restituta sit, restituitur usus f. nisi cum eadem numero post restitutionem reperiatur l. quid tamen 10. §. non tantum 1. §. in navis 7. l. si ager 23. l. cum usumfr. 24. ff. quib. mod. ususfr. am. l. qui usumfructum 36. in pr. l. si in area 71. ff. de usufr. l. inter 83. §. sacram 5. ff. de verb. oblig. l. qui res 98. §. aream 8.

ff. de solut. l. proponebatur 76. ff. de iudic.

83 Rei tamen mutatione non interit usussr. si sit omnium bonorum l. quoties 34. §. universorum ult. ff. de usufr.

84 Nec dominij mutatione, vel usucapione l. locum 17. §. proprietarius ff. de usufr. l. neque 19. ff. quibus modis ususfr. am.

85 Non utendo vero, & personalis actio pro eo, non nisi longo tempore perimitur l. corruptionem pen. C. de usufr.

86. Is uti censetur usufructu, qui vel per se, vel per alium utitur: verbi gratia per eum cui vendidit, vel locavit, vel donavit, vel qui eius negotia gerit, vel qui precario accepit l. arboribus 12. §. usufructuarius 2. §. de illo 3. §. idem tractat 4. l. non utitur 38. ff de usufr.

87. Vel per maritum, & uxorem, vel familliam l. si mulieri 22. ff. quibus mod. ususfr.

88. Vtitur autem ipse per suam personam, non solum si reipsa: sed etiam si pretio ipsius rei utatur l. non utitur 38. iuncti l. quia 39. & l. quod 40. l. si ususfructus 45. §. usufructus ff. de usufr.

89. Amittit vero cum possessor suo nomine, non autem usufructuarij usus est l. Pomponius 29. ff. quib. mod. usufr. am.

90. Repetitus usufructus non utendo non amittitur, repetitus autem censendus est, si dictum sit ut quoties amissus fuerit, redintegretur, vel si in annos singulos, vel alternis annis legetur, l. sicut 3. l. si usufructus 28. ff. quibus modis usufr. am.

91. Vel si cui relinquatur quandiu vivat d. l. sicut in pr. ff. quibus modis usufr. am.

92. Et post repetitum usumfructum durat ius accrescendi d. l. sicut §. hæc autem 1. ff. quib. mod. usufr. am.

93. Caro & corium mortui pecoris in fructu non est: quia mortuo eo usufructus extinguitur l. caro 30. ff. quib. mod. usufr. am.

94. Ita nec æde destructa in area usufructus consistit l. repeti 5. §. rei mutatione 2. ff. quib. mod. usufr. am.

95. Vt nec quadriga perempta morte unius equi, superest usufr. in residuis equis l. quid tamen 10. §. quadrigæ ult. ff. quib. mod. usuf. am.

96. Nec si grex esse desierit, in reliquo pecore l. cum gregis ult. ff. quib. mod. ususfr. am.

De Servitutibus.

1. SErvitutem quilibet plurium petit in solidum, & à quolibet plurium in solidum debetur, & petitur, l. viæ 17. ff. de servit. l. loci 4. §. si fundus 3. §. sed si 4. ff. si servi vind. l. heredes 25. §. an ea stipulatio 9. §. contra 10. & §. idem 11. & §. in illa 12. ff. fam. erc.

2. Itaque partis solutione liberatio non contingit: sed qui solidnm solverit contra cæteros habebit repetitionem l. stipulationum 2. §. ex his 2. ff. de verb. oblig.

3. Vsque adeo ut si unus tantum servitute uti prohibuerit, reliqui nihilominus teneantur in solidum: ita tamen ut eius quod præstiterint repetitionem habeant contra prohibentem d. l. 2. §. item 5. l. idem 3. §. sed hæc l. in executione 85. §. quod si 3. ff. de verb. oblig. l. heredes 25. §. in illa 12. l. inter 44. §. quod. si 5. ff. fam. erc.

4. Sed & omnes fundi partes servitus se-

quitur in solidum l. testatrix pen. §. plures ff. si servitus vind.

5. Sive pro diviso, sive pro indiviso possideantur l. via 25. §. quæcunque ult. ff. de servit. rust.

6. At hoc interest quod ante divisionem cum una esset servitus, iam facta divisione plures sint servitutes pro pluralitate partium: ita ut quælibet separatim, vel amittatur, vel retineatur l. nam satis 6. §. si ego 1. ff. quem serv. am.

7. Si tamen unus plurium servitutem amiserit cæteris non nocet: sed ipse solus iure suo cadit, iure fundi permanente: atque ita persona amittit servitutem, non res l. si de communi 19. ff. si servi vind.

8 Et æstimatio interesse ad id quod eius qui egit, prohibitusve est, interest revocabitur l. loci 4. §. si fund. 3. ff. si serv. vind. l. heredes 25. §. an ea 9. in fine ff. fam. erc. l. stipulationum 2. §. contra ult. ff. de ver. obl.

9 Sic & aquæ divisio fit pro modo partis agri alienatæ l. si partem 25. ff. de servit. rust.

10 Et refectio fit à pluribus, non in so-

lidum, sed pro parte l. & si forte 6. §. si ædes 4. ff. si serv. vind.

11. Et licet servitus sit individua, usus tamen ejus divisionem recipit: & ea quidem divisio fit aut mensura, aut temporibus l. via 5. §. usus ff. de servit. l. arbor 19. §. aquarum ult. ff. comm. divid. l. cum constet 5. ff. de aqua quotid.

12. Præterea si cui servitus simpliciter, & sine determinatione concessa fuerit, is ea in infinito, & per quamlibet fundi servientis partem uti poterit: civiliter tamen, & sine captione l. si mihi 21. l. sed quæ 22. ff. de servit. præd. rust. l. certo 13. §. si totus 1. & §. si locus ult. ff. eod. l. cui ult. ff. de aqua quotid.

13. Nihilominus utilitatis causa receptum est, ut qua primum viam direxisset, ea demum ire agere deberet, nec amplius mutandæ eius potestatem haberet. Et ita de reliquis servitutibus d. l. si cui 9. v. verum ff. de servit. l. 1. §. illud tamen 15. ff. de aq. quot. l. servitutes 20, §. si antea 4. ff. de servit. Vrban. præd.

14. Vel Arbiter dabitur, qui servitutem determinabit l. certo 13. §. si totus 1. ff. de servit. rust. præd.

15. Nisi sic melior fieret conditio fundi servientis l. servitutes 20. §. stillicidium 5. ff. de servit. urb.

16. Quid si expressum sit servitutem per quamlibet partem deberi forte mutare licebit l. nam satis in fine ℣. cæterum ff. quem ser. am.

17. Nam pacta in servitute apposita servanda sunt d. l. servitutes 20. §. stillicidium 5. in f. ff. de servit. urb.

18 Et cum servitus determinata reperitur, contra facere non licet l. 1. §. illud tamen 15. & §. item quæritur 17. & §. Trebatius 18. ff. de aq. quotid. l. labeo 2. ff. de rivis.

19 Denique servitus pro parte acquiri non potest l. pro parte 11. l. viæ 17. ff. de serv. l. si quis 6. §. si quis partem 1. & §. item 2. & §. si tamen 3. ff. comm. præd. l. si fundum 3. ff. de servi. leg. l. Plautius 49. §. interdum ff. ad leg. falc.

20 Nec pro parte accepto ferri, seu remitti l. & per 13. §. si id 1. & §. illud 2. ff. de accept.

21 Ea de causa unus ex sociis servitutem acquirere, imponere, vel remittere non potest l. unus 34. in pr. ff. de servit. rust.

l. unus 2. ff. de servit. l. si quis duas 6. §. si quis partem 1. ff. comm. præd.

22 Sed nec ipsi socij mutuo, vel alter alteri remittere possunt: nam nec ipsa libertas fundi pro parte acquiri potest d. l. unus 34. in pr. ff. de servit. rust.

23 Attamen si omnes socij cesserint servitutem, licet separatim, valebit: nam novissima cessione superiores omnes confirmantur l. per fundum 11. ff. de servit. rust. l. si quis 6. §. item 2. l. receptum est ult. ff. comm. præd.

24 Sed & antequam novissimus cesserit, qui iam cesserunt servitute utentem impedire iure non poterunt d. l. per fundum 11. ff. de serv. rust.

25 Quin etiam de evictione tenentur, l. si quis 10. l. fundum 46. §. si per 1. ff. de evict.

26 Et sic res quidem antequam omnes cesserint non debebit servitutem, sed personæ. Et è converso si socius acquisierit servitutem donec reliqui socij ratum habuerint, non rei, sed personæ servitus debebitur: nam & hoc opinioni Celsi in d. l. 11. de servit. rust. consequens est.

27. Ideoque personam sequitur & simul

cum

cum persona extinguitur d. l. ult. ff. comm. præd.

28 Sed si antequam omnes cesserint, qui iam cessit moriatur, vel alienet suam partem, is qui ei succedit, de novo cedere debebit. Sed si qui nondum cessit moriatur, vel alienet, omnes ex integro cedere debebunt: nam cum res in eodem statu non sit retro acquiri servitus non videtur d. l. ult. ff. comm. præd.

29 Idem cum socius acquirit ibid.

30 In seruitute constituenda requiritur consensus omnium, qui habent ius in re, vel in servitute, l. in concedendo 8. l. in diem 9. l. si autem 10. ff. de aqua, & aquæ pluviæ arc.

31 Si quid eorum interest, alioquin dominus solus recte constituet l. rusticorum 2. §. aquæ ductus, iuncto §. seq. ff. de servit. rust. l. qui per 15. ff. comm. præd. l. Lucio 4. ff. de aqua quotid.

32 Item ex eo aquæductu, quem quis habet in fundo alieno, alij concedere non licet l. ex meo 24. ff. de servit. rustic.

33 Nisi id ipsum pacto permissum sit l. cum essent. 33. §. per plurium ff. de servit. rust.

34 Quatenus in alieno fundo est, cum vero semel proprium fundum ingressus est aquæductus, inde egredi qua velit is, qui ius aquæ ducendæ habet, sinere potest. Atque ita ex eo aquæductu, qui in suo est, ex ea aqua quæ in suum fundum pervenit, licet ex alieno fundo; ex causa servitutis vicino concedere poterit, si nihil intersit eius, ex cuius fundo aqua ducitur l. 1. §. illud labeo 16. ff. de aqua quotid.

35 Servitus aquæ recipiendæ intelligitur de ea, quæ in fundo oritur l. is qui 29. ff. de servit. rust.

36 Alienis prædiis neque acquiri, neque imponi servitus potest, l. si quis 6. in pr. l. si cum 8 ff. comm. præd.

37 Excipiens servitutem simpliciter non tenetur rem liberam tradere l. in tradendis 7. in pr. ff. comm. præd.

38 Quod si non recepta servitute per errorem tradiderit, eam condicere poterit l. sed & 22. §. cum iter ff. de cond. indeb. l. si binarum 35. ff. de servit. urban. l. si tibi 8. ff. de act. emp.

39 Futuræ rei, & in futura re imponi, vel acquiri servitus potest l. si servitus 23. §. futuro ff. de serv. vrb. l. labeo 10. ff. de

servit. rust. l. si qua ult. ff. si servit. vind.

40 Medium quidem prædium quod non servit impedit, vel inter. pellat servitutem, consistit tamen servitus & debetur, sed effectum interim non habet, donec interposito prædio servitus imposita sit l. qui sella 7. §. in rusticis ult. ff. de servit. rust. l. in tradendis 7. §. interpositis ff. comm. præd. l. si prius 17. §. via publica 2. iuncto §. sic & si 3. & §. sed si ult. ff. de aqua & aq. plu. l. loci 4. in fine iuncta l. & ideo 5. & l. & si forte 6. in pr. ff. si servit. vind. l. si quis 13. ff. quem. servit. am.

41 Interveniente vero flumine publico, vel via publica, servitutis constitutio non impeditur l. flumine ult. ff. de servit. rust. l. si prius 17. §. via publica 2. & §. sic & si 3. ff. de aqua & aq. pl.

42 Sed loco sacro, vel religioso, vel sancto interveniente, quo fas non sit uti, servitus constitui non poterit d. l. 17. §. sic & 3. in f. ff. de aqua & aq. pl. l. servitutes 14. in fine ff. de servit.

43 Servitus continua longo tempore acquiritur, discontinua vero 40. annis

Guido Pap. q. 407. l. si quas 1. l. si aquam 2. l. si manifeste 7. C. de servit.

44 Neque requiritur titulus l. si quis 10. in pr. ff. si servit. vind. l. scævola ult. ff. de aqua & aq. plu. l. apparet 5. §. si quis 3. ff. de itin. act. priv.

45 Si is qui servitute longo tempore usus est, id suo se iure facere credidit l. servitute ult. ff. quem. servi. am. l. is qui 20. ff. quib. mod. ususfr. am. l. 1. §. Vivianus 6. l. si per ult. ff. de itin. act. pr. Guido Pap. qu. 408.

46 Alioquin tantum tempus requiritur cuius initij memoria non extat Guid. Pa. q. 573. Papo tit. de servit. art. 4. 5. 6. 10. l. 1. §. denique ult. iuncta l. in summa 2. in pr. & §. apud labeonem 1. ff. de aqua & aq. pluv. l. hoc iure 3. §. ductus aquæ 4. ff. de aqua quotid.

47 Nisi pro servitute præstatio quædam intervenisset, vel sententia: nam tunc decem anni sufficerent Guid. Pap. d. q. 573. l. venditor 13. §. si constat ff. comm. præd.

48 Consuetudo quoque testatoris inducit servitutem l. Olympico ult. in pr. ff. de servi. urb. præd. l. testatrix 20. ff. si servit.

vind. l. servum 44. §. si duos ult. ff. de leg. 1.

49 Vt hæc forma in agris servetur, quę vivo testatore obtinuerit l. damnas 15. §. qui duos ff. de usufr. leg. fac. l. si cui 31. ff. de leg. 3.

50 Altius ædificia tollere, si domus servitutem non debeat. dominus eius minime prohibetur l. altius 8. l. si ædibus 9. C. de servit. l. cum eo 9. ff. de servit. urb.

51 Vel si debeant quidem, sed non ei qui vult prohibere l. loci 4. §. competit 7. ff. si servit. vind.

52 Vsque adeo ut si paries communis sit duabus ædibus, & unæ serviant, aliæ non: dominus ædium quæ servitutem non debent, parietem extollere possit l. hoc quod 25. §. si ex tribus ult. ff. de servit. urb.

53. Dummodo nonpentius vicini lumen recludatur, sed tantum relinquatur quantum sufficit habitantibus ad usus diurni moderationem l. Gaurus 10. ff. de servit. urb præd.

54. Nam & inferiora ædificia graviore servitute oneranda non sunt, quam pati debeant l. cuius 24. ff. de survit. Vrban.

55. Et dummodo statuta, atque usitata forma non excedatur l. qui luminibus 11. ff. de servit. urb. l. & balneum 1. C. de ædif. privat.

56. De quo si dubitatio incidat, ad arbitros recurrendum est d. l. qui luminibus 11. §. si inter ff. de fervit urb. præd.

57. Adverte quod servitus ne altius tollatur non impedit quominus viridia supra eam altitudinem habeantur: quandoquidẽ nec per ea libertas servitutis altius non tollendi ædificio acquiritur l. quod autem 7. l. ædificia 12. ff. de servit. vrb.

58. At vero si de prospectu servitus sit, vel ne luminibus officiatur, eaque obstatura sunt, haberi non possunt d. l. ædificia in fine inter 15. l. lumen 16. l. si arborem 17. ff. de servit. urb.

59. Contra hanc servitutem ne luminibus officiatur facit, qui aufert non qui plus æquo lumen prebet d. l. si arborem 17. §. per contrarium 1. & §. interdum 2. ff. de servit. urb.

60. In servitute vero prospectus neutrum fieri potest l. inter 15. l. lumen 16. ff. de seruit. urb.

61. Servitus ne luminibus officiatur, intelligitur etiam de futuris luminibus:

quia verbo generali, quod & ad præsens & futurum tempus trahi potest, humanius est omne lumen contineri. Contra vero si sic imposita fuerit servitus: lumina quæ nunc sunt ut ita sint l. qui ædificium 22. iuncta l. si servitus 23. ff. de servit. urb.

62. In area quæ nulli servitutem debet, dominus potest ædificare, intermisso legitimo spatio à vicina insula l. imperatores 14. ff. de servit. urb.

63. Quod quidem spatium, quantum ad ædificia privata est decem pedum l. meniana 11. C. de ædif. priu.

64. Imo duodecim pedum l. ex quo 12. §. sed cum 2. C de ædif. priu.

65. Quantum vero ad ædificia publica, spatium legitimum est quindecim pedum l. si cui 9, l. meniana 11. C. de ædif. priuat.

66. In area vero in qua stillicidium cadit. usque ad stillicidium ædificare permissum est; & si in ædificio cadit stillicidium, supra ædificare conceditur, dum tamen stillicidium rectè recipiatur l. servitutes 20. §. qui in area ult. l. si domus 21. ff. de servit. urb.

67. Atqui iuxta aream ubi fructus aridi triturantur, non licet vicino sic ædifi-

care, ut ventum venientem valeat impedire, l. cum talis ult. §. cum autem ult. C. de servit.

68. In omnibus servitutibus refectio ad eum pertinet, qui sibi servitutem asserit, non ad eũ cuius res servit. præterquã in servitute oneris ferendis l. & si forte 6. §. etiam 2. l. sicut autem 8. §. competit 1. & §. distant 2. ff. si servit. vind, l. eum debere 33. ff. de servit. urb.

69. Sed is qui servitutem debet refectionem pati cogitur l. loci 4. §. si quis 5. ff. si servit. vind.

70. Et accessum refectionis gratia, etiam per ea loca quæ non serviunt præbere: quin imo spatium quantum suficiat relinquendum est, ut refectio idoneé fieri possit l. refectionis 11. ff. comm. præd. l. veteres 4. ff. de itin. act. priv.

71. Civiliter tamen, & sine captione d. l. veteres §. si quis ult. l. apparet 5. in pr. & §. plane 1. ff. de itin act. priu.

72. Et ea res ad onus vicini qui servitutem non debet, trahenda non est. l. sicut 8. in pr. ff. si servit vind,

73. Refectio autem fieri debet ad eum modum, qui in servitute imposita conti-

netur l. & si 6. §. modus 5. cum seq. ff. si servit. vindic. l. inde 3. §. fieri autem 14. ff. de itin. act. priv.

74. Et in genere reficere est, quod corruptum est in pristinum statum restaurare l. inde 3. §. reficere 15. ff. de itin. act. priv. l. 1. §. deinde 6. §. purgandi 7. §. si quis 10. & §. proinde 11. ff. de rivis.

75. Licet tamen riuum ex operto apertum facere & é contra: nisi si quam maiorem utilitatem suam adversarius ostendat, quæ ei ex re, & iure magis, quam incidenter, & ex occasione contingat l. 1. in fine iuncta l. labeo 2. ff. de rivis.

76. Eadem ratione licet rivum qui ab initio terrenus fuit cæmentitium facere, vel é contra l. servius 3. §. servius 1. ff. de rivis.

77. Semperque utilitas eius qui ius servitutis habet quæ sine in commoditate eius, cuius prædium est, consistere possit, spectanda est l. servius 3. §. si quis 2. ff. de rivis l. inde 3. §. apud labeonem ult. ff. de itin. act. priv.

78. Servitus realis ut sit requiritur vicinus fundus l. 1. §. vlt. ff. comm. præd. l. tenetur 6. §. si tibi 5. ff. de act. emp.

79. Et ut ratione, & ad commodum prædij, non personæ concessio fiat, nec ultra quam quatenus ad eum ipsum fundum opus sit l. ergo 5. §. Neratius ult. iuncti l. veluti 6. ff. de servit. rust.

80. Ratione personæ concessio facta videtur, cum persona demonstrata est, & maxime si persona delicta l. pecoris 4. l. Lucius 37. ff. de servit rust. l. pater 6. ff. de servit. leg.

81. Ita tamen ut nihilominus servitus realis sit, non personalis, licet stipulatio pœnæ ad personam relata sit l. cum fundo 36. ff. de servit. rust.

82. Nec vero sufficit ut prædij melior causa fiat, sed præterea requiritur, ut unius prædij libertas minuatur ad usum, & utilitatem perpetuam alterius prædij l. foramen 28. ff. de servit. urb. l. via 23. §. si lacus 1. ff. de servit. rust. l. 1. §. loquiquitur 5. ff. de apua quot l. 1. §. hoc interdictum 4. ff. de fonte.

83. Alioqui servitus realis non est, sed personalis l. ut pomum 8. ff. de servit. l. Mela 14. §. quidem ult. ff. de alim leg.

84. Quæ non sequitur fundum, nec eius possessorem l. 1. §. & datur. 43. ff. de

aqua quotid. l. Titius ult. §. Lucius ult. de cont. empt.

85. Et si nihil omnino intersit, non valet l. quoties 15. ff. de servit.

86. Quod si ita legaverit testator præstari volo ex prædiis potitianis, prædiis lutatianis annua arundinis milia trecena: neque realis, neque personalis erit servitus, sed annuum legatum l. Caius 12. C. de ann. leg.

87. Servitus amittitur non utendo decem annis inter præsentes, & viginti inter absentes si sit continua l. sicut 13. C. de servit.

88. Discontinua vero viginti annis l. si sic 7. ff. quem ser. am. l. cum talis ult. in pr. C. de servit.

89. Licet quis alia usus fuerit servitute in vicem eius quæ ei debebatur l. si quis 18. ff. quem servit. am.

90. Et tempus quo non est usus prior dominus, imputatur eius successori d. l. 18. §. tempus 1. ff. quem ser. am.

91. Si dominus fundi servientis nihil dolo fecerit quominus uteretur servitute is qui eam habebat l. sicut 7. §. & si quidem 4. ff. si servit vind.

92. Verum ita demum si sit servitus Vrbanorum prœdiorum, dummodo vicinue libertatem simul usucapiat l. hoc autem 6. l. si ædes 32. in pr. ff. de servit. urb. præd. l. si quis 18. §. si cum ult. ff. quem. ser. am.

93. Libertas enim servitutis usucapitur à possidente, dũmodo possessio non fuerit interrupta interrumpitur autem etiam possessoris mutatione l. si ædes 32. §. libertas ult. ff. de servit. urb. l. sequitur 4. §. libertatem ult. ff. de usucap.

94. At non utendo non amittitur nisi ea servitus, quæ sic constituta est, ut ipsa uti possimus: itaque ius aquæductus non amittitur non utendo antequam rivus factus sit l. si partem 19. in pr. ff. quem. servit. am.

95. Nec ius immittendi antequam ædificium, quod servitutem debet positum fuerit l. si quis 18. §. si cum ult. ff. quem ser. am.

96. Non est necesse ut ipse dominus servitute usus sit ad hoc ut retineatur, sed sufficit si quilibet usus sit l. si partem 19. §. si per fundum ult. iuncta l. usu 20. l. fructuarius 21. l. denique 22. l. sive 23. l. licet

24. ff. quem. serv. am. l. servitus 5. iuncta l. nam satis est 6. in pr. ff. eod. l. cum constet 5. §. inter duos §. ult. ff. de aqua quotid. l. 1. §. is cuius 7. ff. de itin. act. priv.

97 Quin etiam sufficit ut ipsa servitus per se sine ullo personæ facto constiterit, & ut sic ut est cum suo habitu fundus possessus sit l. 1. §. quæsitum est 21. ff. de aqua quot. l. qui fundum 12. ff. quem. ser. am.

98 At sic quidem cum quispiam usus est, servitus retinetur, sed interdictum non competit, nisi vel ipse, vel alius eius nomine usus sit l. 1. §. si quis ff. de itin. act. priv.

99 Atque ad eo usus unius modi servitutis, non adquirit interdictum pro alio modo: nec usus unius modi trahi potest ad tuendam quasi possessionem alterius modi l. 1. §. item 22. ff. de aq. quot.

100 Sed & per usum servitutis unius, altera non retinetur l. si quis 18. in pr. ff. quem. ser. am. l. si prius 17. in pr. ff. de de aqua & aq. plu. l. si communem 10. §. si is ff. quem. servit. am.

101 Secus si una esset servitus continens sub se duas species servitutis: ut in servitute actus, quæ continet servitutem & eundi

& agendi: in usufructu qui continet ius & utendi & fruendi : tunc enim per usum unius tota servitus conservaretur l. qui iter 2. ff. quem. ser. am. l. is qui 20. ff. quib. mod. ususf. am.

102 Cum sit una, & non diversa servitus, quæ vel usu in parte tota retinetur l. si stillicidij 8. §. is qui ult. iuncta l. aqua 9. l. si communem 10. l. is cui 11. in pr. ff. quem. ser. am. l. si eo loco 9. §. qui latiore ult. ff. si servit. vind. l. una 18. ff. de servit. rustic. l. si quis 30. §. si partem ff. de ser. urb. l. ut pomum 8. §. si prædium ff. de servit. l. pluribus 140. §. & si ff. de verb. oblig.

103 Si quis tamen iret tantum, vel uteretur, quod illud solummodo ius habere se crederet, reliquum ius sibi competens non retineret, sed non utendo intra statutum tempus amitteret d. l. is qui 20. ff. quib. mod. ususf. am.

104 Non enim ex eo quod habet utitur, sed ex eo quod putavit se habere ibid.

105 Sic nec servitute usus videtur nisi is qui suo se iure uti credidit l. servitute ult. ff. quem. ser. am.

106 Et è converso ut per usum servitu-

tis unius altera non retinetur: sic nec amissione, vel remissione unius altera, vel amittitur, vel retinetur: sed ei cui plura iura competunt, uno sublato aliud remanet illæsum l. si mihi 20. in pr. ff. de ser. rust.

107 Vsque adeo ut servitute remissa potiri non liceat in perniciem, & præiudicium eius quæ remissa non est l. si domus 21. ff. de servit. urb.

108 Servitus ab herede fundo imposita interim dum pendet conditio sub qua relictus fuit, ea existente extinguitur l. is cui 11. §. hæres ult. ff. quem. servit. am.

109 Sed & si socij fundum emant, qui communibus prædiis serviebat: servitus extinguitur l. si communi 27. ff. de serv. rust.

110 At si propriis non extinguitur d. l. si communi ℣. at si ff. de ser. rust.

111 Ad hæc si meum prædium quod tuo, & tuum quod meo serviebat, inter nos communia fiant, nihilominus servitus manet: quia pro, parte tota retinetur l. unus 34. ff. de servit. rust. præd.

112 Hac ratione servitus per plures fundos debita non confunditur, nisi illi

omnes fundi eiusdem, efficiantur l. si cum 15. ff. quem. servit. am. l. tria prædia 31. ff. de servit. rust.

113 Denique rei interitu, vel mutatione non extinguitur l. certo 13. in pr. l. unus 34. §. si fons ult. iuncta l. & Attilicinus ff. de servit. rust. l. si testamento 31. ff. de servit. urb. l. si locus 14. ff. quem. servit am.

De Pactis.

1 Fideicommissum fratribus reciprocè iniunctum pacto remitti potest l. conditionis 1. l. cum proponas 16. C. de pact. l. qui Romæ 122. §. duo fratres ff. de verb. oblig.

2 Nonnunquam etiam ex tacita voluntate remissum censetur l. procula 26. ff. de probat.

3 Quinimo simpliciter cuilibet remitti potest Guido Pap. quæst. 232.

4 Pactum, vel stipulatio de succedendo, vel non succedendo nullius est momenti l. pactum quod dotali 15. C. de pact. l. si maiores 25. l. cum donationis 34. C. de transact.

transsact. l. ex eo instrumento 4. C. de inut. stip. l. stipulatio 61. ff. de verb. oblig.

5 Nec rogatio in ultima voluntate facta, sed transit in vim fideicommissi ita ut restituere teneatur rogatus, quatenus ad eum de hereditate rogantis pervenit l. filius f. 114. §. ut quis 6. & §. quid ergo 7. ff. de leg. 1. l. ex facto 17. in pr. & §. Iulianus 1. §. non tantum 2. & §. si quis caveret 3. ff. ad Trebell.

6 Etiam fructibus computatis l. imperator 70. §. cum quidam ff de leg. 2.

7 Etiamsi mutuo inter aliquos fiat pactum, ut superstes præmorientis habeat hereditatem l. licet 19. C. de pact

8 Inter milites tamen ad belli discrimen properantes huiusmodi recipitur reciproca successionis dispositio d. l. licet C. de pact.

9 Illud quoque pactum reiicitur quo de hereditate tertij viventis quidam inter se disponunt, nisi ipse præsens sit, & consentiat, & nihil contra sequenti tempore disposuerit l. de quæstione ult. C de pact.

10 Præterea liberi renuntiantes patris viventis successioni sibi non præiudicant, l. pactum dotali C. de collat.

Ff

11 Neque quilibet alius renuntians viventis successioni l. qui superstitis 94. ff. de acq. her.

12 Imo valet huiusmodi pactum, si iuramento neque vi, neque dolo præstito firmatum fuerit c. 2. de pact. in 6.

13 Tuncque excluditur renuntians à successione ab intestato Guid. Pap. q. 192. num. 2. ℣. secus.

14 Nisi cum reservata fuit legalis eschєuta: tunc enim non excluditur nisi alijs liberis existentibus, qui non renuntiaverunt ibid. num. 2.

15 Renuntiatio bonis paternis & maternis non extenditur ad bona fraterna, licet à patre vel matre provenerint ibid. num. 4. & qu. 231.

16 Liberos qui sic renuntiaverunt non tenentur parentes testamento instituere ibid. num. 3.

17 Potest tamen agi ad rescisionem ex enormi læsione, vel alia iusta causa Guid. Pap. q. 224. 225. 226. num. 2. & q. 227. num. 2. ℣. præterea.

18 Et in ea renuntiatione non comprehenduntur bona, quorum parens proprietatem postea perdidit convolando ad secun-

das nuptias Guid. Pap. q. 228. & 229.

19 Nec ea renuntiatio tangit liberos renuntiantis, si eius heredes non sint Guido Pap. q. 228. num. 2.

20 Qui sic renuntiavit facit quidem partem, non autem admittitur ad partem, sed ea pars cedit lucro heredis Guid. Pap. q. 295. & q. 599.

21 Pactum de non petendo prodest ijs cum quibus initum est non aliis l. si actionem 24. C. de pact.

22 Sicuti nec legatum liberationis prodest, nisi ei cui factum est l. liberationem 3. §. nunc de effectu 3. ff. de liberat. leg.

23 Et generaliter pactum nec prodest, nec nocet nisi ijs cum quibus factum est l. pacisci 1. §. pacta ff. de pact. dot. l. cum dos 7. ff. eod. l. si ex duobus 15. ff. de tutelæ & ration. dist.

24 Itaque pactum heredum non præiudicat creditoribus, licet inter se, conventis stare debeant l. pacto 26. C. de pact. l. inter 42. ff. de pact. l. luet 23. C. fam. erc.

25 Nec pactum contrahentium l. debitorum 25. C. de pact. l. si consensit 7. §. illud ult. ff. quib. mod. pig.

26 Neque factum iudicis l. plane 3. ff. fam. erc.

27 Quilibet vero potest ijs quæ pro se introducta sunt renunciare l. si quis in conscribendo 29. C. de pact. l. si iudex 41. ff. de minor. l. si mulier ult. §. si mulier pen. ff. ad Velleian. c. 17. de foro compet.

28 Specialis debet esse renunciatio l. sed & si 4. §. quæsitum 4. ff. si quis caut.

29 Pactum in dubio censetur factum in utilitatem eius pro quo interponitur l. ea lege 51. in pr. ff. locati.

De Transactionibus.

1 ID de quo transigitur debet esse cognitum, atque perspectum transigentibus, alioquin transactio non obest l. imperatores 3. §. cum transactio 1. l. non est ferendus 12. ff de transact.

2 Transactio quoque super aliquo instrumento fieri validè nequit, nisi inspectis, cognitisque verbis instrumenti l. de his 6. ff. de transact. l. 1. in pr. & §. 1. ff. testam. quem. aper. l. si mater 11. in pr. ff. de except. rei iud.

3 Eventus litis nomine transactio comprehenditur l. cum controversia ult. ff. in pr. mand.

4 Transactio vero alimentorum non porrigitur ad habitationem & vestiarium l. cum hi 8. §. qui transigit 12. ff. de transact.

5 Licet alimentorum, & victus appellatione utrunque comprehendatur l. legatis 6. l. nisi 7. l. rogatus es ult. ff. de alim. & cibar. leg. l. verbo victus 43. l. & cætera 44. ff. de verb. sign.

6 Re vel lite transactione decisa ad eam regredi non est permssum l. fratris 10. C. de transſ. l. si cum 4. C. de iudic.

7 Nec si evictio interveniat: sed agitur ex stipulatu, & præscriptis verbis l. cum mota 6. l. si pro fundo 33. C. de transact

8 Excipi tamen potest si transactionis fides ab adversario servata non sit, vel quod couventa non adimplevit l. cum proponas 21. C. de pact. l. sive 28. C. de transſ. c. 75. de reg. iur. in 6. l. si instituta 27. in pr. ff. de inoff. test. Xenophon lib. 6. ἑλληνικῶν p. 346. in pr.

9 Exceptio vero non numeratæ pecuniæ opponi non potest contra transactionem l.

ſi tranſactionis 11. C. de non num. pec.

10 Nec condictio indebiti intentari l. nec intentio 23. C. de tranſact.

11 Nec revocatur tranſactio ideo quod pollicitatio de inſtituendo vel non, herede aliquo non adimpleatur l. cum donationis 34. C. de tranſact.

12 Neque prætextu inſtrumenti poſt reperti l. ſub prætextu 19. & l. ſub prætextu ſpecierum 29. C. de tranſact.

13 Niſi cum inſtrumenta dolo adverſarij fuerunt ſubducta atque ſubſtracta d. l. ſub prætextu inſtrumenti 19. C. de tranſ.

14 Nam propter dolum, & evidentem calumniam l. in ſumma 65. §. & quidem 1. ff. de cond. ind.

15 Et propter falſitatem inſtrumenti ſuper quo tranſactum fuit, tranſactio revocatur l. ſi ex falſis 42. C. de tranſ.

16 Propter læſionem vero non reſcinditur Carol. 9. 1560.

De Præſcriptionibus.

1. ΤΑ'ς κτήσεις, τὰς ἰδίας, ϗ τάς κοινὰς, ἣν ἐπιγένηται πολὺς χρονος κυριας και πα-

τρώας ἅπαντες εἶναι νομίζουσιν Isocr. in Archidamo.

2. In usucapione præsctiptioneve longi temporis requiritur titulus legitimus cum bona fide l. usucapio ult. C. pro her.

3. Saltem opinatus opinione rationabili l. Celsus 27. l. cum solus 29. iuncta l. non solum 37. §. quod vulgo 1. ff. de usuc. l. quod vulgo 11. ff. pro emptore l. pro legato 4. & l. ult. ff. pro legato. l. pro emptore 2. §. si à furioso 16. ff. pro empt.

4, Hac ratione qui sciens emit ab eo quem prætor vetuit alienare, usucapere non potest, ignorans potest l. si ab eo 12. l. pignori 13. §. eum qui 1. ff. de usuc. l, qui fundum 7. §. qui sciens 5. ff. pro empt. l. nec ullam 13. §. omnibus ff. de petit her.

5. Et qui emit ab uno in solidum rem. quam scit esse communem, non potest partem alterius usucapere, nisi crediderit socium alienare, quia mandatum habeat l. intestatæ ult. ff. pro empt.

6. Erranti vero in iure non procedit usucapio l. si fur. 32. §. si quis 1. ff. de usucap. l. pro emptore 2. §. si à pupillo 15. ff. pro empt.

7. Bona fides primi possessoris inspici-

tur in successore universali, ubi continuatur possessio defuncti, & heredis l. sed & si 7. §. in hac sectione 12. l. si ego 11. §. partus 1. ff. de public. l. cum heres 11. ff. de diu. temp. præsc. l. si mala fide ult. C. comm. de usuc. l. vitia 11. C. de acq. poss. l. pro emptore 2. §. si defunctus 19. ff. pro empt. l. cum miles 30. in pr. ff. ex quib. cau. mai. cau. 1. quæst. 1. c. 16. §. diutina 12. inst. de usucap. l. nec ullam 13. §. Nerarius 3. ff. de pet. her. l. sicut 6. ff. de itin. act. priu.

8. Secus in successore particulari: nam tunc eius sufficit bana fides, licet eius sufficit bona fides, licet eius author sit malæ fidei.

9. Vt tamen continuetur utriusque possessio ad præscriptionem, necesse est ut & ipse author rem bona fide possederit, cum primum eius possessionem adeptus est l. un in fine C. de usuc. transf.

10. Cum servus emit eius bona fides sufficit, dummodo dominus eo tempore quo res servo tradita fuit, ignoraverit alienam esse l. pro emptore 2. §. servus 10. & §. Celsus 11. & §. Pomponius 12. & §. si ser-

vus 13. ff. de usuc. pro empt.

11. Idem cum filiusf. emit l. heres 43. §. patrem ult. ff. de usucap.

12. Tempus enim traditionis attenditur, & initium ipsius possessionis l. si aliena 10. in pr. l. iusto 44. §. constat 1. & §. & si 2. ff. de usucap.

13. Usque adeo ut si omissa possessio recuperetur, possessor initio quo recuperatur, possessio, debeat esse in bona fide, & ignorarerem alienam esse, alioqui præscriptio interrumpitur l. si is qui 15. §. si quis 2. ff. de usucap. l. qui fundum 7. §. qui bona fide 4. ff. pro empt.

14. Sed & si res quam defunctus emit heredi tradatur, eius bona fides requiritur l. heredes 43. in pr. ff. de usucap.

15. In præscriptione vero 30. vel 40. annorum neque titulus neque bona fides requiritur: nam tunc per exceptionem præscriptionis actor removetur cum omnis actio triginta annorum curriculo perimattur, excepta hypothecaria quæ non præscribitur nisi 40. annis l. 1. §. 1. C. de ann. except. l. ult. *C.* unde vi.

16. Itaque etiam fur, & raptor triginta

annis præscribunt ibid. vide Guid. Pap. q. 199.

17. Sed hoc interest quod bonæ fidei possessor pro re præscripta vindicationem habet l. si quis 8. C. de præsc. 30. ann.

18. Malæ autem fidei possessor sola munitus est exceptione : rem vero amissam persequi non potest d. l. si quis 8. §. quod si 1. ℣. sin vero *C.* de præscr. 30. ann.

19. Nisi contra eum qui vi possessionem adeptus est ibid. Cau. 16. quæst. 3. parte 8.

20. Neque furti agere l. atque 12. §. sed furti 1. ff. de furt.

21. Neque ad exhibendum l. in hac actione 3. §. si mecum 11. ff. ad exhib.

22. Habet tamen commodati actionem l. commodare 15. l. ita ut 16. ff. commod.

23. Et de positi l. 1. §. si prœdo 39. ff. de posi. l. non ab iudice 64. in pr. ff. de iudic.

24. Et rerum creditarum post ipsarum consumptionem l. nam & si 13. ff. de reb. cred. l. si is 94. in pr. & §. 1. ff. de solut.

25. Non tamen si dominus intervenieniens impediat, nec contra verum dominum

possidentem l. officium 9. ff. de rei vind. l. nam & cum eo 4. ff. ad exhib. l. quod servus 35. ff. de solut.

26. Actionem hypothecariam contra creditorem tertius bonæ fidei possessor longo tempore præscribit personali contra debitorem salva manente toto tit. C. si advers. cred. Papo tit. de præscript. art. 8.

27. Nec obest ut quidam volunt auth. hoc si debitor C. de pignor. quasi cõtra non valentem agere creditorem non currat præscriptio quandoquidem nihil impedit creditorem, quominus agat contra debitorẽ, à quo si debitum consequi non possit propter eius inopiam, tunc ei licet contra tertium pignus suum persequi, & agere hypothecaria.

28. Malæ fidei possessor 30. annis l. si quis 8. §. quod si 1. C. de præscr. 30. ann.

29. Debitor vel eius heredes 40. annis l. cum notissimi 7. §. quamobrem 1. C. de præscr. 30. ann.

30. Creditor adversus creditorem debitore vivente 40. annis eo mortuo 30. an-

nis d. l. cum notissimi §. sed cum 2. & §. eod. 3. C. de præscr. 30. ann.

31. Quadraginta quoque annis adversus ecclesiam præscribitur, tam à laico adversus ecclesiasticarum, quam ab ecclesiastico adversus ecclesiasticum Nov. de eccles. 113. C. pro temporalibus 6. ca. 8. ext. de præscript. Guid. Pap. q. 161.

32. Fines eo tempore præscribuntur Can. 16. qu. 4. cap. 2. C. 9. ext. de præscript.

33. Clericus quartam decimarum, & funeralium præscribit adversus Episcopum cap. 4. de præscript.

34. Ecclesia decimas in perœcia alterius Eccelsiæ cap. 6. eod.

35. Existens in quasi possessione libertatis per 40. annos à conditione servili vel adscriptitia liberatur Guido Pap. quæst. 316.

36. Et generaliter omnia præscriptibilia, & adversus omnes tanto tempore præscribuntur d. cap. 6. de præscript.

37. Excepta Romana Ecclesia, que centum annorum gaudet præscriptione Nou. ut etiam Eccl. Rom. 9.

38. Non tamen Eccleſiæ immediate dependentes ab ipſa Guido Pap. q. 36.

39. Sed illæ ſolæ quæ ſunt de horto ſive de menſa eiuſdem, & ad eius proprietatem ſpectant in annot. ad d. q. 36.

40. Quin etiam Gothof. cenſet. illam nou. 9. abrogari per nou. 131. cap. pro temporalibus 6.

41. Hereditatis petitio non præſcribitur longo tempore ſed longiſſimo l. licet 8. C. de iur. del.

42. Secus eſt ſi à ſucceſſore particulari res hereditaria petatur: quia tunc agi non poteſt petitione hereditatis, ſed rei vindicatione, quæ longi temporis præſcriptione excluditur l. hereditatem 4. C. in quib. cau. ceſſ. l. regulariter 9. l. quod ſi 16. §. ult. ff. de pet. her. l. ſi poſt. 2. C. eod.

43. Etenim contra eum qui titulo particulari rem poſſidet hereditariam competit rei vindicatio: ſi quidem habeat à malæ fidei poſſeſſore, omnimodo ſi: autem à bonæ fidei poſſeſſore, tunc demum cum ex ea vindicatione nullum damnum redundat in bonæ fidei poſſeſſorem, qui quidem non ultra tenetur, quam quo factus eſt locu-

pletior l. ſed & ſi 25. §. item ſi 17. ff. de petit her.

44 Sed & contra emptorem rei hereditariæ non competit rei vindicatio, ſi venditor paratus ſit ſuſcipere actiones, vel ſi ab eo pretium rei acceperit petitor: nam tunc exceptio nocebit ibid.

45 Emptor vero hereditatis rectè poterit hereditatis petitione conveniri l. nec ullam 13. §. 4. cum ſeq. ff. eod.

46 De præſcriptione longi temporis deducitur tempus militiæ l. tempus 1. iuncta l. ſancimus ult. C. quib. non obiic.

47 Abſentiæ reip. cauſa l. cum per 2. C. quib. non obiic.

48 Vel caſu fortuito l. ſi poſſeſſio 4. C. eod.

49 Minoris ætatis l. non eſt 3. l. præſcriptione 7. C. eod.

50 In præſcriptione vero longiſſimi temporis deducitur ſolummodo tempus pupillaris ætatis l. ſicut 3. C. de præſcr. 30. ann.

51 Hoſtilitatis cap. 10. de præſcr. l. ab hoſtibus 6. C. quib. non obiic.

52 Mortalitatis Guid. Pap. qu. 416. num. 13.

53 Patriæ potestatis l. 1. iuncta auth. nisi tricēnale C. de bon. quæ lib.

54 Tempus quo mulier fuit in matrimonio l. Iulianus 5. l. sed nec 6. ff. de fundo dot. l. si maritus 7. eod. l. in rebus 3. §. omnis C. de iur. dot. l. cum notissimi 7. §. illud autem C. de præscr. 30. ann.

55 Vacationis Ecclesiæ cap. 4. de præscript.

56 Ecclesia autem in commendam data, & eo titulo possessa non censetur vacare Guido Pap. q. 152.

57 Deducitur etiam tempus schismatum cap. 14. de præscr.

58 Tempus quo vixit prælatus, qui male, & non observatis solemnitatibus rem Ecclesiæ alienavit Guid. Pap. qu. 150.

59 Nec est opus restitutione in integrum Guid. Pap. qu, 416. num. 13.

60 Sed & in annuis debitis præscribitur à tempore cessatæ solutionis, non autem obligationis contractæ l. cum notissimi 7. §. in his ult. C. de præscr. 30. ann.

61 Sed adverte, quod si debeantur ex contractu, in totum extinguuntur huiusmodi obligationes: si ex legato petitio debiti annui annorum ultra trigesimum

elapſorum præſcriptione tantum eliditur: aliorum vero intra trigeſimum petitio eſt: nam in totum actio non præſcribitur. Cum enim legata annua ſint plura, non niſi ſingula præſcribi poſſunt, quia in ſingulos annos naſcitur actio, at actio quæ nondum eſt paæſcribi non poteſt. Stipulatio vero annua quælibet etiam mortis cauſa, eſt una: ideoque cum ſemel tantum eius dies cedat, ſemel quoque & unica præſcriptione tollitur. Niſi cum præſtatio annua contractu debita eſt acceſſoria rei in quam non cadit præſcriptio, ut in emphyteuſi & locatione: nam tunc perinde ut in legato non præſcribitur tota præſtatio, ſed quota annorum ſupra trigeſimum elapſorum.

62 Niſi ceſſatum fuerit in ſolutione per centum acnos Guid. Pap. qu. 406. num. 2.

63 Sed iure noſtro præſtatio annua debita ob pecuniam numeratam peti non poteſt, niſi quinque annorum retro elapſorum, præterquam ſi petitio iudicialis intervenerit Ludov. 12. 1512. art. 71.

64 Quin etiam debita cenſualia, & emphyteuticaria edicto ducis Sabaudiæ à Rege confirmato eodem iure cenſetur.

65 Et quidem ſupradictam conſtitutionem

nem locum habere etiam adversus minorem iudicavit curia Parisiensis, ut refert Guenes. ad d. const. lud. 12. num. 23. in fine.

65. In obligationibus usurariis præscriptio locum habet ab eo tempore, quo ab earum solutione cessatum est l. si quis 8. §. exceptionem ult. C. de præscr. no. ann,

66. In obligationibus vero conditionalibus, vel in diem cursus præscriptionis incipit à diei vel conditionis eventu l. cum notissimi 7. §. illud autem 4. C. de præscript. 30. ann.

67. Quod si plures, & diversæ appositæ, sint dies, non nisi post ultimam diem incipit præscriptio: quia cum obligatio sit una, non nisi tota, & unica præscriptione tolli potest, per partem enim totius præscriptio impeditur l. ult. C. de duob. reis sup. de servit nu. 102.

68. Nec refert quod in annuis legatis præscribatur a tempore quo solvi debuit, nec solutum est: quia per terminum separantur legata, & fiunt plura & diversa: per plures vero dies in obligatione positas non fiunt plures stipulationes, & diversæ,

pro diverſitate dierum, ſed ſemper remanet una. atque individua ſtipulatio, ſeu obligatio ſup. de annuis legat. num. 7. 8. 9. & ſeq.

69. Ad hæc ſemel cedit dies in ſtipulatione annua, id eſt, iam tunc ab initio tota ſumma deberi cœpit, licet in plures præſtationes ſit diſtributa: at non venit dies, id eſt ſumma peti non poteſt niſi prout unaquæque dies ad ſolutionem appoſita præteriit. At vero in legato annuo non ſemel cedit dies, ſed ſingulis annis cedit, & venit dies: Antequam vero annus advenerit, illius anni venturi neque ceſſit, neque venit dies: id eſt; non ſolum legatum peti non poteſt, ſed nec debetur. Ideoque non mirum videri debet ſi in utroque diverſa ſit ratio præſcribendi.

70. Interpellatus longo tempore prſcribere non poteſt, l. nec bona 10. C. de præſcr. lon. temp.

71. Accipens ab eo bona fide poteſt; niſi & ipſe interpeellatus fuerit l. cum poſt 1. C. de præſcr. long. temp.

72. Sed adverte quod per inſtantiam lapſu triennij peremptam præſcriptio non

interrumpitur Carol. 9. 1563. art. 15.

73. Interruptio autem fit detentione pignoris l. cum notissimi 7. §. imo & illud 5. C. de præscript. 30. ann.

74. Novatione ibid. ✓. sed etsi.

75. Ad exhibendum actione l. Iulianus 9. §. quantum autem 5. & §. proinde 6. ff. ad exhib. §. si ad exhibendum 3. inst. de off. iud.

76. Solutione gl. in d. l. cum notissimi §. imo 5. in verbo innovata C. de præscr. 30. ann.

77. Et recuperatio possessionis à domino facta actionem eius ex temporali reddit perpetuam l. si is 31. ff. ex quib. cau. mai.

78. Quin etiam interpellatione uni, vel ab uno sociorum facta, præscriptio interrumpitur etiam quoad cæteros l. cum quidam ult. C. de duob. reis.

79. Sic & generalis petitio citatione secuta, sufficit ad interrumpendam præscriptionem in omnibus, quæ sub illa petitione in cludi possunt l. si ex multis ult. C. de ann. except.

80. Proclamatio vero generalis publice facta, ut omnes debentes solvant præscri-

ptionis interruptionem non operatur, Guid. Pap. q. 416.

81. Quod si possessor præscribens conveniri non potest propter absentiam, potentiam, infantiam, vel furorem: potest fieri interruptio præscriptionis per denuntiotionem factam Præsidi, vel Episcopo, vel deffensori loci l. ut perfectius 2. C. de ann. except.

82. Vel denuntiatione publica in scriptis ad domicilium absentis á tabulario, vel tribus testibus subscripta ibid. l. sed & 28. §. sed & si 4. ff. de iudic. cap. 11. §. ult. de off. iud. ord.

83. Denuntiatio tamen novi operis non interrumpit soli præscriptionem, l. alienam 13. ff. pro empt.

84. Præsens est quoad præscriptionem, qui in eadem provincia, in qua & præscriptor domicilium habet, nec interest ubi sint res constitutæ l. cum in longi ult. C. de præscr. lon. temp.

85. Non sufficit autem ut sit præsens is contra quem præscribitur, sed etiam oportet ut sciverit ius suum, & alienationem factam fuisse, ad hoc ut contra eum locum habeat longi temporis præscriptio auth.

malæ fidei C. de præſcr. longi temp.

86. Quia qui neſcit habetur pro eo qui non poteſt l. annus 6. ff. de calumn.

87, Quin etiam de decennio deducitur tempus abſentiæ nov. ut ſponſ. larg. 119. C. de præſcriptione 8.

88. Sed & poſt decennium re præſcripta, actio ad æſtimationem competit vero domino adverſus venditorem malæ fidei l. ſi præſidi 1. C. de reb. alin. non alien. l. ſi nulla 1. C. de comm. rer. al. l. ſervos 2. C. ſi vend. pign. ag.

89. Reſciſſio contractus alteriuſve cuiuſlibet actus præſcribitur decennio lud. 12. 1512. art. 46.

90. Et privilegium minoris ætatis ceſſat poſt 35. annum franc. 1 1539. art. 134.

91. Denique ſervi poſt annum ex quo à domnnorum ſervitio receſſerunt á petitione ſalariorum præſcriptionis exceptione evcluduntur, nec petere poſſunt niſi trium annorum: præterquam ſi obligatio in ſcriptis, val interpellatio intervenerit Ludovi 12. 1512. art. 67.

92. Idem in artificibus, & mercatoribus minutatim vendentibus, poſt ſex menſes ex quo eis debitum fuit ibid. art. 68.

93. Qui non ſibi. ſed alij poſſidet nun-

quam præſcribit l. qui ex conducto 1. C. comm. de uſucap. l. male agitur 2. l. cum notiſſimi 7. §. in his ult. C. de præſcr. 30. ann.

94. Accipiens ab eo bona fide poteſt l. Pomponius 29. ff. quibus mod. uſusfr.

95. Excipitur res emphyteuticaria Principis, vel Eccleſiæ, quæ nunquam præſcribitur l. univerſas 2. C. ne rei dom.

96 Vt nec publica functio, ſeu civilis canon, vel alia quælibet publica collatio l. competit 6. C. de præſcr. 20. ann.

97 Domanium quoque nunquam præſcribitur neque 100. ann. l. ſi qua ult. C. de rei dom. franc. 1. 1529. die 20. Iunij, Guido Pap. qu. 416.

98 Neque etiam decimæ cau. 16. qu. 2. parte 8. ℣. proventus, cap. 7. de præſcr.

99 Longa tamen conſuetudo inducere poteſt, ut quota minore ſolvantur, Guid. Pap. qu. 284. hen. 3. 1579. art. 50. & 1580. art. 29.

100 Lege naturæ, communi iure gentium ſancitum eſt, ut nihil mortales à diis immortalibus uſucapere poſſint Cicer. in orat. de aruſp. reſp.

101 Sed & neque obedientia quam ſub-

ditus suo debet superiori præscribi potest, cap. 12. de præscr.

102 Neque ius visitationis, & procurationis ab ea dependens cap. 11. de præscript.

103 Ab ipso subdito, nam ab alio posset præscribi, cap. 16. de præscr.

104 Denique præscriptio non prodest nisi opponatur, Guid. Pap. qu. 221.

De Possessione.

1 IGnoranti quoque acquiritur possessio, sed non nisi post scientiam inchoatur usucapio l. per liberam 1. *C.* de acq. poss. l. pro emptore 2. §. procuratorem 9. ff. pro empt.

2 Quin etiam infanti per traditionem quæritur possessio l. donatarium 3. C. de acq. poss.

3 Et licet instrumento comprehensum non si traditam esse possessionem, ipsam tamen is consecutus est, qui sciente distrahente fuit in possessione l. minus 2. C. de acq. poss.

4 Per investituram autem non transfer-

tur possessio, sed datur licentia possidendi, Guid. Pap. q. 415. num. 2.

5 Dolus vel culpa eius qui pro alio possidet, nihil affert vero domino præiudicij l. ex libris ult. C. de acq. poss. l. cum quis § 1. ff. de dolo.

6 Potest pro absente actionem intentare ad recuperandam possessionem, etiam post annum l. iudices 1. C. si per vim vel alio modo.

7 Sed & absentibus tempus recuperandæ possessionis non currit d. l. iudices §. cui tamen C. eod.

8 Si possessor appellet pendente appellatione fructus sequestrandi sunt cav. 2. qu. 6. c. 26. cap. ult. de sequest. poss. l. ab executione 5. C. quo. app. non recip.

9. Idem & si dissipet fructus possessor c. 2. de seq. poss.

10 Bonæ fidei possessor fructus usucapit etiam rei vitiosæ l. si matrem 3. C. de usuc. pro empt. l. si ego 11. §. partus 2. cum seq. ff. de public. act.

11 Non tamen præscribit fructus rei spectantis ad domanium Car. 9. 1566. art. 6.

12 Possessor hereditatis victus debet

omne lucrum ex quacunque causa etiam inhonesta quæsitum restituere: sed non tenetur si sit bonæ fidei nisi in quantum locupletior factus reperitur tempore litis contestatæ l. si etiam 22. iuncta l. 23. 24. 25. §. 1. 11. & seq. l. Iulianus 30. & l. si quid 31. in pr. l. si possessor 52. l. evicta 55. l. cum hereditas 56. ff. de petit. her. l. si ipsa res 18. iuncta l. quod autem 19. & l. quantum 20. ff. quod met. cav.

13 Quod tamen indebitum exegit restituere non debebit, ut nec imputabit, quod non debitum soluit l. item veniunt 20. §. sed si vendidit 18. ff. de pet. her.

14 Idem in venditore hereditatis, nisi quando condemnatus non debitum soluit l. venditor 2. §. solet quæri ff. de her. vel act. vend.

15 Atqui negotiorum gestor quod indebitum exegit restituit l. si quis 23. ff. de neg. gest.

16 Diversa est ratio: nam hic suo, ille alieno nomine exegit.

17 Sed & bonæ fidei possessor habet retentionem rerum hereditariarum, pro repetitione legatorum quæ soluit, cessis actionibus suis petitori ut eas suo periculo

cxerceat l. quod si 17. ff. de pet. her. l. si quis 2. §. si quid iuncta l. 3. 4. 5. ff. de cond. ind.

18 Dummodo ante motam controversiam solverit d. l. quod si 17. ff. de petit. her.

19 Nam qui mota controversia legata soluit suo periculo soluit l. hæc autem 4. §. hæc cautio 2. ff. si cui plus quam per leg. falc. l. dolo 41. ff. ad leg. falc.

20 Non tenetur de rei interitu l. item 14. §. aliquando 5. ff. quod met. cav.

21 Neque post litem contestatam, si sine dolo culpave eius contingat l. illud quoque 40. in pr. ff. de pet. her. l. item si 15. §. item si forte 2. & §. si servus ult. l. utique 16. l. si à bonæ fidei 21. ff. de rei vind. l. si plures 14. §. ult. ff. depos.

22 Alioqui si res eius culpa, vel dolo perierit, amissave sit tenebitur, l. si à bonæ 21. iuncta l. quod si 22. ff. de rei vind. l. qui petitorio 36. §. qui in rem ult. ff. eod. l. si bona fide 12. ff. de nox. act. l. si servum 91. ff. de verb. oblig.

23 Malæ fidei autem possessor tenetur de perceptis & percipiendis, & heredes eius l. litigator 2. C. de fruct. & lit. exp.

l. si de possessione 4. C. unde vi l. sed & 25. §. quod ait 2. cum seq. ff. de petit. her. l. 1. §. qui vi 31. ff. de vi & de vi arm. l. fructus 33. iuncta l. idem est. l. si navis 62. §. generaliter l. si hominem 79. ff. de rei vind. c. 11. de rest. spoliat.

24 Licet non possideat l. 1. §. iccirco 36. ff. de vi & de vi arm.

25 Atque ita tenetur de eo quod omisit l. si quid 31. sed si 1. ff. de pet. her. l. item 20. §. redactæ 15. eod.

26 Et de culpa l. qui petitorio 36. §. qui in rem 1. ff. de rei vind.

27 Et ob deteriorationes l. ei qui 54. §. cum prædia ult. ff. de pet. her. l. non solum 13. l. sin autem 27. §. si homo 2. ff. de rei vind.

28 Et de rei interitu l. prætor 1. §. rectissime 34. & §. huic consequens 35. ff. de vi arm. l. inter omnes 46. in pr. l. in furti 50. in pr. l. inficiando 67. §. si colonus ff. de furt. l. item si 14. §. quid si homo 11. ff. quod met. cav. l. item uidendum 18. in pr. l. item veniunt 20. §. restituere ult. iuncta, l. deperditum 21. l. si à domino 36. §. si prædo ff. de petit. her. l Iulianus 17. ff. de rei vind. l. nemo 82. §. si post motam ult.

ff. de verb. oblig. l. in re 8. in pr. l. qui furtum 16. l. licet ult. ff. de cond. furt. l. subtracto 9. C. de furt.

29 Et æstimatio fit quanti plurimi res unquam fuit à tempore quo malæ fidei possessor cepit possidere l. in re 8. §. si ex causa 1. l. ex argento 13. ff. de cond. furt. l. rerum pen. ff. de act. rer. amot. l. inficiando 67. §. infans 2. de furt.

30 Etiam contra heredem, non in quantum ad eum pervenit, sed in solidum l. si pro 7. §. condictio ult. l. in condictione 9. ff. de cond. furt.

31 Rei cum fructibus restituendæ obnoxius est, licet eam vendiderit l. item 20. §. hæc adversus 12. §. restituere ult. l. sed & si 25. §. perinde 8. & §. 9. 10. ff. de pet. her.

32 Nisi hoc ex necessitate fecerit l. item 15. §. si quis 1. & §. item 2. ff. de rei vind. l. nisi ex re 33. §. Iulianus ult. ff. de pet. her.

33 Etenim propter necessariam causam permittitur alienatio l. divus 5. in pr. l. item 20. §. simili modo 2. l. non solum 53. ff. de pet. her. l. Aristo 5. §. si maior l. ait prætor 7. ff. de iure delib.

34 Vel nisi dominus malit pretium cum usuris accipere l. item veniunt 20. §. hæc adversus 12. & §. quid si 16. l. Iulianus 30. l. filiisfamilias 34. §. si servus 1. iuncta l. idem 35. & l. si à domino in pr. ff. de her. pet.

35 Sed si ob venditionem obstrictus sit emptori, vel damni infecti cavit, prospici ei cautione oportebit l. item veniunt 20. §. sed & si 20. l. illud quoque 40. §. contra 3. ff. de pet. her.

36 Si recipere rem venditam ab emptore nullomodo possit, tantum quantum in litem esset iuratum: at ubi deperdita, vel deminuta res est, verum pretium præstare debet l. item veniunt 20. §. restituere ult. iuncta l. deperditum 21. l. sed & si 25. §. hæc verba 10. ff. de pet. her.

37 Si sine dolo, & culpa eius res perierit, alioqui præstaret quantum in litem iuratum esset ibid.

38 Et fructuum ratio habebitur, quousque haberetur, si non periisset: id est ad rei iudicandæ tempus l. fructus 35. l. si navis 62. §. generaliter ult. ff. de rei vind. l. Iulianus 17. eod.

39 Alioquin usque ad tempus mortis

tantum l. si hominem pen. ff. de rei vind.

40. Illud plane prædoni imputari non potest, cur passus est debitores liberari, & pauperiores fieri, & non eos convenit cum actionem non haberet l. si quid 31. §. illud 4. ff. de pet. her. facit l. si pupilli 6. §. videamus ul. ff. de neg. gest. l. tutori 20. C. eod.

41 Res mobilis à bonæ fidei possessore ibi restituenda est, ubi est, vel ubi agitur: sumptibus, & periculo petitoris: à malæ fidei vero possessore, sumptibus propriis, & periculo proprio. si rem traduxerit l. si res 10. iuncta l. nisi 11. & l. si vero 12. ff. de rei vind.

42 In mala fide quis constituitur per litis contestationem l. sed & si 25. §. si ante 7. l. si quid 31. §. sicut 3. ff. de petit her.

43 Quin imo per motam controversiã d. l. 25. §. 7. ff. de pet. her.

44 Et per scientiam rei alienæ sed & si 25. §. quod autem 3. cum tribus seq. ff. de petit. her. l. Iulianus 37. ff. de rei vind.

45 Per eam tamen præscriptio bono cœpta principio non interrumpitur cav. 16. parte 8. in pr. qu. 3.

46 Iure civili iure vero canonico interrumpitur c. ult. de præscriptione.

47 Constituitur etiam in mala fide possessor per denuntiationem ipsimet factam, nam si alteri facta sit non tenetur, nisi certior factus l. item veniunt 20. §. præter hæc in fine, & §. petitam 11. ff. de pet. her.

48 Eiusmodi denuntiatio à quolibet fieri potest d. l. 20. §. 11. in f. ff. de pet. her.

49 Sufficit tamen in operis novi nuntiatione denuntiasse fabris, vel alijs qui in re præsenti sunt: nam in re præsenti denuntiandum l. de pupillo 5. §. nuntiationem 2. & §. 34. ff. de oper. novi nunt.

50. Quilibet possessor reputat legata, & quod soluit creditoribus: sed ita demum si caverit se petitorem defensurum l. si quid 31. in pr. ff. de pet. her.

51 Et omnes sumptus necessarios & utiles l. si à domino 36. §. fructus 5. iuncta l. 37. 38. l. hereditas 50. §. si defuncto ult. ff. de petit. her. l. idemque 10. §. idem labeo 9. & §. idem ait 10. l. si quis 27. §. impendia pen. ff. mand. l. colonus 61. in pr. ff. loc. l. quod in fructus 46. ff. de usur.

l. sine herede 32. §. Lucius 6. ff. de adm. tut.

52 Cum temperamento tamen l. sin autem 27. §. in rem ult. l. in fundo 38. ff. de rei vind. l. si servus 25. ff. de pig. act. l. utilium 8. ff. de impens. in res dot. l. Titius 43. in fine iuncta, l. cum & forte 44. & l. idque 45. in pr. ff. de act. empt.

53. Usque adeo ut etiam prædo reputet, dummodo res melior facta sit, & extet l. plane 38. ff. de pet. her. l. domum 5. C. de rei vind.

54. In quantum dominus factus est locupletior l. si pupilli 6. §. sed. & si quis 3. ff. de neg. gest.

55. Ita tamen ut si supra sumptus factus sit locupletior, sumptus tantum præstet, & nihil ultra l. in fundo 38. de rei vind.

56. Reputat & heres post mortem rogatus l. domus 58. iuncta l. 59. & 60. ff. de leg. 1. l. qui exceptionem 40. §. si pars 1. ff. de cond. indeb.

57. Nisi compensentur cum fructibus l. sumptibus 48. l. emptor 65. in pr. ff. de rei vind.

58. Quod si fructuum perceptorum summam excedant superfluum sumptum meliore prædio

re prædio facto dominus restituere cogi ur ibid. & l. imperator 16. ff. de in diem add.

59. Quod vero sibi debetur bonę fidei possessor reputabit quidem atque deducet: prædo vero non item: sed contra eum reputatio fiet l. si quid 31. §. sed si 1. & §. iustus autem 2. ff. de pet. her.

60. Bonæ fidei possessor res ita mixtas ut secerni discernique non possint suas facit l. si alieni 78. ff. de solut.

61. Qui obtinuit in possessorio postea vero victus fuit in petitorio, non tenetur fructus restituere nisi à lite super petitorio contestata Guen. de poss. lib. 3. tit. 8. num. 18.

62. Quia per sententiem factus est bonæ fidei possessor Guenes. ibid. num. 19.

63. In pari causa melior est conditio possidentis l. utifrui 5. in pr. ff. si ususfr. petat.

64. Nemo potest sibi ipsi mutare causam possessionis l. possideri 3. §. illud quoque 19. §. sed si is 20. ff. de acq. poss. l. non solum 33. §. quod vulgo 1. ff. de usucap. l. proculus 67. ff. de iur. dot.

De Alienatione.

1. REi alienari prohibitæ alienatio non valet, neque in ea procedit usucapio l. si contra 2. C. de usuc. pro empt. l. cum sponsus 12. §. si res 4. ff. de publicia l. peto 69. §. fratre 3. & §. seq. ff. de leg. 2.

2. Si à testatore facta fuerit prohibitio liberis posterisve suis consulente, vel propter aliam causam ab eo expressam: alioqui prohibitio nulla est l. filiusf. 114. §. divi 14. & §. cum pater 15. ff. de leg. 1. l. pater 38. §. Iulius 4. ff. de leg. 3.

3. Valet tamen alienatio si facta fuerit ad dissolvendum æs alienum defũcti, cum aliunde solvi non posset d. l. pater 38. in pr. ff. de leg. 3.

4. Et si facta fuerit ab aliquo liberorum ad dotandas filias Papo tit. de iuram. art. 13.

5. Sed & huiusmodi prohibitio non nocet creditori hypothecam habenti l. si sunt 1. C. deb. vend. pig. l. filiusfam. 114. §. divi 14. in f. ff. de leg. 1.

6. Neque quilibet alij tertio ius in re

habenti l. pater 38. in pr. ff. de leg. 3.

7. Ea non obſtante tutor alienare poteſt res tempore perituras, l. ita autem 5. §. uſque adeo pen ff. de adm. tut.

8. Alioquin alienans eiuſmodi res, ius ſuum perdit quod in eis habebat l. cum pater 77. §. libertis 27. ff. de leg. 2.

9. Niſi non ſponte alienet, ſed ex neceſſitate propter ſuum æs alienum creditoribus : diſtraentibusnam tunc alienatio tenet quandiu vivit is qui prohibitus fuit alienare l. peto 69. §. prædium 1. ff. de leg. 2.

10. Deducuntur de hereditate tanquam æs alienum l. pater 54. ff. ad leg. falc. l. unum de familia 67. §. ſi falcidia 1. ff. ad leg. 2.

11. Voluntas autem patris prohibentis liberos fundos extra familiam vendere, vel pignori dare, fratrem ſorori donare prohibere non videtur l. voluntas 4. C. de fideic.

12. Licet enim uni de familia, vel omnibus æqualiter, vel inæqualiter relinquere l. filius familias 114. §. ſed ſi 17. §. item 18. ff. de leg. 1. l. unum 67. uſque ad §. 7. ff. de leg. 2.

13. Servato tamen ordine proximitatis l.

peto 69. §. fratre 3. l. omnia 32. §. in fideicommisso ult. ff. de leg. 2.

14. Familiæ appellatione parentes, & liberi, omnesque propinqui continētur: & his deficientibus etiam gener & nurus l. suggestioni ult. C. de verb. sig. l. voluntas 4. C. de fideic.

15. Res quæ restitutioni subiacent alienari non possunt l. si duobus 3. §. sed. quia C. comm. de leg.

16. Si pure subiaceant: secus si sub conditione, seu die incerta d. si duobus ult. §. sin autem ult. C. comm. de leg. Guid. Pap. q. 611.

17. Sed adveniente conditione, vel die fideicommissarius rem alienatam vindicare poterit ibid.

18. Sed si liberis portio legitima non sufficiat ad dotis, sive donationis propter nuptias obligationem, permittitur eis in eam causam res prædictas alienare, vel obligare pro modo honestati personarum congruo auth. res quæ C. com. de leg.

19. Permittitur etiam in causam alimentorum, & redemptionis à captivitate Guid. Pap. q. 611.

20. Sed & quoties ab omnibus qui alienatione facta, ad fideicommissi petitionem aspirare possunt, venditio celebratur, aut quibusdam venditibus alij consenserunt, contractus authoritas convelli nequaquam potest l. quoties 11. C. de fideicommiss. l. nihil 120. §. omnibus 1. ff. de leg. 1. l. Lucius 88. §. insulam §. 14. ff. de leg. 2.

21. Denique earum rerum alienatio subsistet, si ex iusta ignorantia facta sit: sed pretium ab herede præstabitur l. testamento ult. §. maritus ult. ff. de leg. 2.

22. Alienationes post iudicium acceptum interdictæ sunt l. alienationes 13. ff. fam. erc. l. frater 1. C. comm. divid.

23. Necessitatis tamen causa eiusmodi excusat alienationes, nec incurritur in vitium litigiosi d. l. 13. ff. fam. ecr. & ibid. Gothof.

24. Pecunia destinata diverti non debet l. si fideicommissum 50. §. trrctatum 1. ff. de iud. Carol. 9. 1564. art. 1.

25 Valet prohibitio alienationis in certam personam l. uxorem 41. §. agri 9. ff. de leg. 3. l. si quis ult. C. de pact. int. empt.

26 Alienatione prohibita, vel pacto inter vivos, vel ultima voluniate, vel legibus, & usufr. & servitutis constitutio, & pignus, & hypotheca, & emphyteusis, omnisque actus per quem dominium transfertur, nisi aliter convenerit, vel lex indulgeat, prohibita censentur l. sancimus ult. C. de reb. alien. non alien. l. si æstimata 1. C. de fund. dot.

27 Et præscriptio locum non habet l. si fundum 16. ff. de fund. dot.

28 Quæ incipit postquam res iam alienare non licet: nam antea cœpta quin cursum suum peragat ex eo non impeditur ibid.

29 Cessio tamen, vel delegatio pensionum debitarum ex re prohibita alienari, fieri potest l. Lucius 88. §. instituto 15. de leg. 2.

30 Alienatis bonis in fraudem creditorum discussio primum contra debitorem datur, deinde revocatoria actio contra eum in quem scientem facta est alienatio l. heres 1. C. de his quæ in fraud. cred. l. quod autem 6. §. sciendum 7. & §. hoc edictum 8. l. ait prætor 10. usque ad §. 9.

ff. quæ in fraud. cred. l. præses 5. C. de pignor.

31 Vel etiam nescientem, si lucrativo titulo possideat l. ignoti 5. C. de his quæ in fraud. cred. l. omnes 17. §. Lucius ff. eod.

32 In quantum locupletior factus est, l. quod autem 6. §. simili modo 11. ff. quæ in frav. cred.

33 Etiam dotis constitutio in fraudem creditorum facta revocatur l. si successione 2. C. de his quæ in frav. cred. l. ait prætor §. si cum 14. l. si fraudator ult. §. si à socero 1. & §. item 2. ff. eod.

34 In actione autem revocatoria res cum sua causa venit restituenda, & cum fructibus non tantum perceptis, sed etiam percipiendis pendentibus cum res alienaretur, & post inchoatum iudicium receptis, non autem medio tempore collectis: impensis necessarijs, & utilibus fraudatori sarcitis l. ait prætor 10. §. per hanc 19. §. & fructus 20. & §. partum 21. l. si fraudator ult. §. non solum 4. cum duob. seq. ff. quæ in frav. cred.

35 Et restitutio fieri debet ipsius rei in pristinum statum d. l. ait prætor 10. §.

tantum l. si hominem pen. ff. de rei vind.

40. Illud plane prædoni imputari non potest, cur passus est debitores liberari, & pauperiores fieri, & non eos convenit cum actionem non haberet l. si quid 31. §. illud 4. ff. de pet. her. facit l. si pupilli 6. §. videamus ul. ff. de neg. gest. l. tutori 20. C. eod.

41 Res mobilis à bonæ fidei possessore ibi restituenda est, ubi est, vel ubi agitur: sumptibus, & periculo petitoris: à malæ fidei vero possessore, sumptibus propriis, & periculo proprio. si rem traduxerit l. si res 10. iuncta l. nisi 11. & l. si vero 12. ff. de rei vind.

42 In mala fide quis constituitur per litis contestationem l. sed & si 25. §. si ante 7. l. si quid 31. §. sicut 3. ff. de petit her.

43 Quin imo per motam controversiã d. l. 25. §. 7. ff. de pet. her.

44 Et per scientiam rei alienæ sed & si 25. §. quod autem 3. cum tribus seq. ff. de petit. her. l. Iulianus 37. ff. de rei vind.

45 Per eam tamen præscriptio bono cœpta principio non interrumpitur cav. 16. parte 8. in pr. qu. 3.

46 Iure civili iure vero canonico interrumpitur c. ult. de præscriptione.

47 Constituitur etiam in mala fide possessor per denuntiationem ipsimet factam, nam si alteri facta sit non tenetur, nisi certior factus l. item veniunt 20. §. præter hæc in fine, & §. petitam 11. ff. de pet. her.

48 Eiusmodi denuntiatio à quolibet fieri potest d. l. 20. §. 11. in f. ff. de pet. her.

49 Sufficit tamen in operis novi nuntiatione denuntiasse fabris, vel alijs qui in re præsenti sunt: nam in re præsenti denuntiandum l. de pupillo 5. §. nuntiationem 2. & §. 34. ff. de oper. novi nunt.

50. Quilibet possessor reputat legata, & quod soluit creditoribus: sed ita demum si caverit se petitorem defensurum l. si quid 31. in pr. ff. de pet. her.

51 Et omnes sumptus necessarios & utiles l. si à domino 36. §. fructus 5. iuncta l. 37. 38. l. hereditas 50. §. si defuncto ult. ff. de petit. her. l. idemque 10. §. idem labeo 9. & §. idem ait 10. l. si quis 27. §. impendia pen. ff. mand. l. colonus 61. in pr. ff. loc. l. quod in fructus 46. ff. de usur.

l. sine herede 32. §. Lucius 6. ff. de adm. tut.

52 Cum temperamento tamen l. sin autem 27. §. in rem ult. l. in fundo 38. ff. de rei vind. l. si servus 25. ff. de pig. act. l. utilium 8. ff. de impens. in res dot. l. Titius 43. in fine iuncta, l. cum & forte 44. & l. idque 45. in pr. ff. de act. empt.

53. Usque adeo ut etiam prædo reputet, dummodo res melior facta sit, & extet l. plane 38. ff. de pet. her. l. domum 5. C. de rei vind.

54. In quantum dominus factus est locupletior l. si pupilli 6. §. sed. & si quis 3. ff. de neg. gest.

55. Ita tamen ut si supra sumptus factus sit locupletior, sumptus tantum præstet, & nihil ultra l. in fundo 38. de rei vind.

56. Reputat & heres post mortem rogatus l. domus 58. iuncta l. 59. & 60. ff. de leg. 1. l. qui exceptionem 40. §. si pars 1. ff. de cond. indeb.

57. Nisi compensentur cum fructibus l. sumptibus 48. l. emptor 65. in pr. ff. de rei vind.

58. Quod si fructuum perceptorum summam excedant superfluum sumptum meliore prædio

re prædio facto dominus restituere cogi ut ibid. & l. imperator 16. ff. de in diem add.

59. Quod vero sibi debetur bonę fidei possessor reputabit quidem atque deducet: prædo vero non item: sed contra eum reputatio fiet l. si quid 31. §. sed si 1. & §. iustus autem 2. ff. de pet. her.

60. Bonæ fidei possessor res ita mixtas ut secerni discernique non possint suas facit l. si alieni 78. ff. de solut.

61. Qui obtinuit in possessorio postea vero victus fuit in petitorio, non tenetur fructus restituere nisi à lite super petitorio contestata Guen. de poss. lib. 3. tit. 8. num. 18.

62. Quia per sententiem factus est bonæ fidei possessor Guenes. ibid. num. 19.

63. In pari causa melior est conditio possidentis l. utifrui 5. in pr. ff. si ususfr. petat.

64. Nemo potest sibi ipsi mutare causam possessionis l. possideri 3. §. illud quoque 19. §. sed si is 20. ff. de acq. poss. l. non solum 33. §. quod vulgo 1. ff. de usucap. l. proculus 67. ff. de iur. dot.

De Alienatione.

1. REi alienari prohibitæ alienatio non valet, neque in ea procedit usucapio l. si contra 2. C. de usuc. pro empt. l. cum sponsus 12. §. si res 4. ff. de publicia l. peto 69. §. fratre 3. & §. seq. ff. de leg. 2.

2. Si à testatore facta fuerit prohibitio liberis posterisve suis consulente, vel propter aliam causam ab eo expressam: alioqui prohibitio nulla est l. filiusf. 114. §. divi 14. & §. cum pater 15. ff. de leg. 1. l. pater 38. §. Iulius 4. ff. de leg. 3.

3. Valet tamen alienatio si facta fuerit ad dissolvendum æs alienum defūcti, cum aliunde solvi non posset d. l. pater 38. in pr. ff. de leg. 3.

4. Et si facta fuerit ab aliquo liberorum ad dotandas filias Papo tit. de iuram. art. 13.

5. Sed & huiusmodi prohibitio non nocet creditori hypothecam habenti l. si sunt 1. C. deb. vend. pig. l. filiusfam. 114. §. divi 14. in f. ff. de leg. 1.

6. Neque quilibet alij tertio ius in re

habenti l. pater 38. in pr. ff. de leg. 3.

7. Ea non obstante tutor alienare potest res tempore perituras, l. ita autem 5. §. usque adeo pen ff. de adm. tut.

8. Alioquin alienans eiusmodi res, ius suum perdit quod in eis habebat l. cum pater 77. §. libertis 27. ff. de leg. 2.

9. Nisi non sponte alienet, sed ex necessitate propter suum æs alienum creditoribus : distraentibusnam tunc alienatio tenet quandiu vivit is qui prohibitus fuit alienare l. peto 69. §. prædium 1. ff. de leg. 2.

10. Deducuntur de hereditate tanquam æs alienum l. pater 54. ff. ad leg. falc. l. unum de familia 67. §. si falcidia 1. ff. ad leg. 2.

11. Voluntas autem patris prohibentis liberos fundos extra familiam vendere, vel pignori dare, fratrem sorori donare prohibere non videtur l. voluntas 4. *C.* de fideic.

12. Licet enim uni de familia, vel omnibus æqualiter, vel inæqualiter relinquere l. filius familias 114. §. sed si 17. §. item 18. ff. de leg. 1. l. unum 67. usque ad §. 7. ff. de leg. 2.

13. Servato tamen ordine proximitatis l.

peto 69. §. fratre 3. l. omnia 32. §. in fideicommisso ult. ff. de leg. 2.

14. Familiæ appellatione parentes, & liberi, omnesque propinqui continētur: & his deficientibus etiam gener & nurus l. suggestioni ult. C. de verb. sig. l. voluntas 4. C. de fideic.

15. Res quæ restitutioni subiacent alienari non possunt l. si duobus 3. §. sed. quia C. comm. de leg.

16. Si pure subiaceant: secus si sub conditione, seu die incerta d. si duobus ult. §. sin autem ult. C. comm. de leg. Guid. Pap. q. 611.

17. Sed adveniente conditione, vel die fideicommissarius rem alienatam vindicare poterit ibid.

18. Sed si liberis portio legitima non sufficiat ad dotis, sive donationis propter nuptias obligationem, permittitur eis in eam causam res prædictas alienare, vel obligare pro modo honestati personarum congruo auth. res quæ C. com. de leg.

19. Permittitur etiam in causam alimentorum, & redemptionis à captivitate Guid. Pap. q. 611.

20. Sed & quoties ab omnibus qui alienatione facta, ad fideicommissi petitionem aspirare possunt, venditio celebratur, aut quibusdam venditibus alij consenserunt, contractus authoritas convelli nequaquam potest l. quoties 11. C. de fideicommiss. l. nihil 120. §. omnibus 1. ff. de leg. 1. l. Lucius 88. §. insulam §. 14. ff. de leg. 2.

21. Denique earum rerum alienatio subsistet, si ex iusta ignorantia facta sit: sed pretium ab herede præstabitur l. testamento ult. §. maritus ult. ff. de leg. 2.

22. Alienationes post iudicium acceptum interdictæ sunt l. alienationes 13. ff. fam. erc. l. frater 1. C. comm. divid.

23. Necessitatis tamen causa eiusmodi excusat alienationes, nec incurritur in vitium litigiosi d. l. 13. ff. fam. ecr. & ibid. Gothof.

24. Pecunia destinata diverti non debet l. si fideicommissum 50. §. tractatum 1. ff. de iud. Carol. 9. 1564. art. 1.

25 Valet prohibitio alienationis in certam personam l. uxorem 41. §. agri 9. ff. de leg. 3. l. si quis ult. C. de pact. int. empt.

26 Alienatione prohibita, vel pacto inter vivos, vel ultima voluntate, vel legibus, & ususfr. & servitutis constitutio, & pignus, & hypotheca, & emphyteusis, omnisque actus per quem dominium transfertur, nisi aliter convenerit, vel lex indulgeat, prohibita censentur l. sancimus ult. C. de reb. alien. non alien. l. si æstimata 1. C. de fund. dot.

27 Et præscriptio locum non habet l. si fundum 16. ff. de fund. dot.

28 Quæ incipit postquam res iam alienare non licet: nam antea cœpta quin cursum suum peragat ex eo non impeditur ibid.

29 Cessio tamen, vel delegatio pensionum debitarum ex re prohibita alienari, fieri potest l. Lucius 88. §. instituto 15. de leg. 2.

30 Alienatis bonis in fraudem creditorum discussio primum contra debitorem datur, deinde revocatoria actio contra eum in quem scientem facta est alienatio l. heres 1. C. de his quæ in fraud. cred. l. quod autem 6. §. sciendum 7. & §. hoc edictum 8. l. ait prætor 10. usque ad §. 9.

ff. quæ in fraud. cred. l. præses 5. C. de pignor.

31 Vel etiam nescientem, si lucrativo titulo possideat l. ignoti 5. C. de his quæ in fraud. cred. l. omnes 17. §. Lucius ff. eod.

32 In quantum locupletior factus est, l. quod autem 6. §. simili modo 11. ff. quæ in frav. cred.

33 Etiam dotis constitutio in fraudem creditorum facta revocatur l. si successione 2. C. de his quæ in frav. cred. l. ait prætor §. si cum 14. l. si fraudator ult. §. si à socero 1. & §. item 2. ff. eod.

34 In actione autem revocatoria res cum sua causa venit restituenda, & cum fructibus non tantum perceptis, sed etiam percipiendis pendentibus cum res alienaretur, & post inchoatum iudicium receptis, non autem medio tempore collectis: impensis necessarijs, & utilibus fraudatori sarcitis l. ait prætor 10. §. per hanc 19. §. & fructus 20. & §. partum 21. l. si fraudator ult. §. non solum 4. cum duob. seq. ff. quæ in frav. cred.

35 Et restitutio fieri debet ipsius rei in pristinum statum d. l. ait prætor 10. §.

præterea 22. & §. si conditionalis 23. ff. quæ in frau. cred.

36 Sed neque pretium emptori restituitur, nisi appareat in utilitatem debitoris esse conversum l. si debitor iuncta l. ex his 8. ff. quæ in fraud. cred.

37 Quin etiam nec debitum creditoribus offerendo potest impedire revocatoriã l. ait prætor 10. §. quid ergo ff. quæ in frau. cred.

38 Secundi tamen emptoris, qui bona fide emit ab eo qui sçiens emerat a debitore in fraudem creditorum, emptio non revocatur. Sed primus emptor cogetur restituere creditoribus solidum rei pretium, quod accepit l. is qui 9. ff. quæ in frau. cred.

39 Si quis in fraudem creditorum citius solverit, competit actio revocatoria propter commodum repræsentationis pecuniæ l. ait prætor 10. §. si cum 12. l. omnes 17. §. si vir ult. ff. eod.

De suo alieno, & communi.

1 RES propria purè domino suo legari non potest l. mea res 98. ff. de cond. & dem. l. heredem 18. ff. de leg. 2.

2 Sed & neque pignus, neque depositum, neque precarium, neque emptio, neque locatio rei suæ consistere potest, l. neque pignus 45. in pr. ff. de reg. iur. l. & si 15. §. si rem meam l. suæ rei 16. l. existimo 61. ff. de cont. empt. l. huiusmodi 84. §. qui servum 5. ff. de leg. 1. l. qui rem 15. l. bona fides 31. §. incurrit ff. dep. l. debitor 40. in pr. ff. de pign. act. l. in rebus 4. §. item si 3. ff. de prec.

3 Item dominus purè rem suam stipulari non potest l. qui decem 72. §. stichum 4. ff. de solut. §. idem iuris 2. instit. de inut. stip.

4 Neque rem suam futuram eo casu quo sua futura est §. item nemo 22. inst. de inut. stip. l. nemo 87. ff. de verb. oblig.

5 Sub conditione vero dominus rem suam stipulari potest, & committitur stipulatio si conditionis existentis tempore

res eius non sit l. si rem 31. l. existimo 98. in pr. ff. de verb. oblig.

6 Potest & stipulari rem suam sibi tradi l. scire 29. §. si à fure ult. ff. de verb. oblg. l. si in emptione 34. §. rei suæ 4. ff. de cont. empt. vide l. ult. dep.

7 Et agere ad hoc ut sua sibi confirmetur possessio Guid. Pap. qu. 219.

8 Et ut res quam possidet pronuntietur ad se pertinere iure dominij, vel quasi ibid.

9 Et possessionem rei suæ precario accipere l. certe 6. §. quæsitum ult. l. sed & si 7. ff. de prec.

10 Et pretium rei suæ l. nemo 82. in pr. ff. de verb. oblig.

11 Validè quoque emit rem suam hastæ suppositam l. si mandavero 22. §. si hi 3. ff. mand.

12 Sed & emere cum tota re etiam partem nostram possumus l. quod si uno 13. §. verum est, ult. l. cum in diem 18. de in diem add.

13 Et pactum cum eo factum ne rem suam alienet firmum est l. sancimus ult. C. de reb. alien. non al. l. si creditor 7. §. quæritur ult. ff. de dist. pign.

14 Qui ignorans rem suam emit, pretium solutum repetit l. suæ rei 16. ff. de cont. empt.

15 Qui vero sciens emit non repetit: quia qui sciens indebitum soluit non habet condictionem indebiti supra de cond. indeb. num. 1. 2. 3..

16 Nemo potest contra factum suum venire, vel proprio, vel hereditario iure l. si quis 46. ff. de act. empti l. vindicantem 17. iuncta l. sed etsi 18. & l. sed etsi 19. & l. fundum 20. l. si ei 41. in pr. ff. de evict. l. Marcellus 1. in pr. & §. 1. 2. l. si à Titio 2. ff. de except. rei vend. l. fundum 17. ff. de fun. dot. l. apud Celsum 4. §. si à Titio 32. ff. de doli except. l. item si filio 7. §. sed & 2. ff. ad Maced.

17 Neque contra factum defuncti cuius heres extitit l. venditrici 3. C. de reb. alien. non al. l. si Titio 22. ff. de pign. l. seia 73. ff. de evict. l. Marcellus 1. §. sed & i. ff. de except. rei vend. l. dotale 13. §. si uxore ult. ff. de fun. dot. l. is cuius 26. ff. de leg. 2. cav. 11. q. 1. can. 13. sive 14. C. de evict.

18 Neque adversus malæ fidei possessorem: sed repellitur pro ea tantum portione

qua heres fuit, non ultra. l. cum à matre 14. C. de rei vindic.

19 Sed habet regressum contra authorem suum, vel testatoris l. si ei 41. §. si is ult. ff. de evict.

20 Excipe casum in l. si duo 93. ff. de solut. l. conventio 1. in pr. ff. de pignor.

21 Excipe etiam si error, vel ignorantia intervenerit l. etsi 15. §. si rem ult. & l. suæ rei 16. cum duab. seq. ff. de cont. empt. l. Marcellus 1. §. si quis ult. ff. de except. rei vend.

22 His adde quod privilegium successoris, non rescindit factum legitimum prædecessoris l. ea quæ 7. C. de restit. mil. l. si intra 8. in f. C. de non num. pec. l. si tibi 8. C. mand. l. si probare 1. C. quan. dec. op. non est l. polla 2. C. de his quib. ut ind. l. sed si 11. in pr. l. si quis 17. §. si impubes 2. & §. eius 3. ff. de inst. act.

23 In suo alicui hactenus facere licet, quatenus in alienum nihil immittat l. sicut 8. §. Aristo 5. cum seq. l. fistulas 13. l. si quando 17. §. secundum ult. ff. si serv. vind.

24 Licet in alterius præiudicium vergat l. proculus 16. ff. de dam. inf. Papo tit. de

decimis art. 5. Guenes. ad tit. de nundinis num. 1. in f.

25 Dummodo re sua non abutatur §. sed hoc 2. instit. de his qui sunt sui vel al. iu. Guid. Pap. q. 91.

26 Et nocendi animo non faciat. Guid. Pap. qu. 298.

27. Vel nisi hoc ei sit aliqua ratione prohibitum, v. g. quod alicui tantum, ius tale quid habendi, uel faciendi fuerit concessum Guid. Pap. d. q. 298. num. 3.

28. Vel quod aliquis facere volentem à tanto tempore prohibuerit, ut præscriptio secuta fuerit ibid. num. 1.

29. quod si immitat, vel culpa eius immitatur, tenetur de damno vicino dato, l. capitalium 28. §. incendiarij 12. ff. de pœn. l. si servus 27. §. si quis 8. l. qui occidit 30. §. in hac 3. ff. ad leg. Aq.

30. Atque ita non potest quis impediri, ne stagnum in suo fundo faciat solvendo damna, & interesse vicinis quorum possessiones, vel directa dominia perduntur, & submerguntur Guid. Pa. q. 91. ex consuetudine in delphinatu observata.

31. Qui alienum pecus in suo deprehen-

dit sic illud expellere debet, ac si suum deprehendisset: quoniam si quod ex ea re damnum accepisset proprias habet actiones, l. Quintus 39. §. quamvis 1. ff. ad leg. Aquil.

32. Nec illud includere debet ibid.

33. Quod tamen in quibusdam locis ex consuetudine licet scribit Gothofredus ibidem.

34. Factum vero in suo dominus suo iure intercidere potest. At si quid immissum sic citra ius servitutis, recidere per se non potest, sed habet actionem l. quemadmodum 29. §. si protectum meum 1. ff. ad leg. Aquil. l. si arbor ult. ff. de arb. cœden. l. si plures 6. §. si arbor ult. ff. arb. furt. cess.

35. Alienum destruere licet, ne destrua suum l. quemadmodum 29. §. item 3. §. si navis 4. l. si quis 49. §. quod dicitur ult. ff. ad leg. Aquil. l. qui servandarum 14. in pr. ff. de præscr. verb. l. si alius 7. §. est & alia 4. ff. quod vi aut clam l. quo naufragium 3. §. quod ait 7. ff. de inc. ruina nauf.

36. Nemo de domo sua extrahi debet l. nemo 103. ff. de reg. iur. l. plerique 18.

iuncta l. satisque 19. l. sed & 21. ff. de in ius voc.

37. & Domi suæ qvilibet tutus, & securus esse debet, Guido Pap. q. 422.

38. Quod quis sentit ex suo facto sibi debet imputare, l. inter 44. §. quod ex facto 5. ff. fam. erc. l. non exhibimus 2. §. simili modo ult. ff. si quis caut. l. si fideiussor. 7. §. si necessaria 1. ff. qui satisd. cog. l. si mulier 21. in pr. ff. quod met. cav.

39. Quod in laqueum meum incidit non est meum, donec manu capiatur l. in laqueum 55. ff. de acq. rer. dom.

40. Quod mihi lex mea causá det, eó mihi non uti, non licebit? nam accusandi mihi tempus mea causa datum est, ut possim oratione mea crimina, causamque explicare, hoc si non utor, non tibi iniuriam facio, sed de meo aliquid commodo detraho Cic. lib. 1. in Verrem.

41. Ab hostibus capta, & non commercio redempta; sed virtute militum nostrorum liberata anterioribus dominis sunt restituenda l. ab hostibus 12. C. de post lim. rever. Guen. tit. de duce marit. n. 4.

42. Legatum atque etiam fideicommissum rei alienæ, quæ in commercio est scien-

-er factum valet l. cum alienam 10. C. de leg. l. cum servus 39. §. constat ff. de leg. 1. §. non solum 4. instit. de legat §. potest 1. inst. de sing. reb. instit Caij de fideicom. §. 5.

43 Et præstari debet, vel ex causa eius æstimatio Caius tit. de fideicom. §. 7. l. si domus 71. §. qui confitetur 3. & §. cum alicui 4. ff. de leg. 1. l. qui quatuor 30. §. si ædes ult. ff. de leg. 3.

44 Nisi in illa re ius quoddam testator habebat: nam non ipsam rem, sed illud tantummodo ius legare censetur supra de leg. num. 2. cum sequentib.

45 Si in commercio non sit tempore mortis testatoris, legatum omnino non valet, nihilque debebitur l. cum servus 39. §. si vero 8. cum sequ. l. cætera 41. per totam l. ff. de leg. 1.

46 Nam si cum in commercio esset tempore mortis testatoris, deinde post eius mortem extra commercium facta sit, res quidem ipsa non debebitur, sed æstimatio l. cætera 41. §. sed si ea §. pen. iuncta. §. sed si ult. & l. sive 42. & l. senatus in pr. ff. de leg. 1.

47. Æstimatio quoque debebitur, si rem propriam

propriam quæ in commercio non erat, teſtator legaverit d. l. cætera 41. §. ſi duobus 4. ff. de leg. 1.

48 Quid ſi res ſit quidem in commercio aliorum, non autem legatarij? res ipſa non debebitur, ſed æſtimatio l. ſed ſi 40. ff. de leg. 1.

49. Licet contra ſit in ſtipulatione: nam qui promittit rem cuius commercium non habet, obligatur quidem ſed ſi ſtipuletur inutilis eſt ſtipulatio l. multum intereſt 34. ff. de verb. oblig.

50. Ratio diverſitatis eſt, quia ſtipulationes ſunt ſtricti iuris.

51. Legatum vero rei alienæ ignoranter non niſi proximæ perſonæ factum valet. l. cum alienam 10. C. de legat. l. prædia 6. C. de fideic.

52. Vel niſi heredis ſui rem legaverit teſtator, quam credebat ſuam l. unum 67. §. ſi rem tuam 8. ff. de leg. 2.

53. Quod ſi communis res ſit, pars tantum debetur l. ſervi 5. §. labeo, & §. cum fundus ff. de leg. 1. l. qui quatuor 30. ff. de leg. 3.

54. Factum alienum alteri qui nihil fecit, nocere non debet l. de pupillo 5. §. ſi

plurium ff. de oper. novi nunt. l. qui proprio 46. §. item 5. ff. de procur. l. si quis 11. ff. quod met. cau. l. familia 5. ff. si fam. fur. fec. dic.

55. Ab eo tamen lucrum quod sensit extorquetur l. item 14. §. in hac actione 3. & §. aliquando 5. ff. quod met. cau.

56. Nam & dolus alienus alteri prodesse non debet in damnum decepti d. §. aliquando in f. ff. quod met. cau. l. ex hoc 3. §. plane 3. ff. de eo per quem fact. erit.

57. quod tamen cum dicipulis eorum qui officinis, vel tabernis præsunt contractum est, in magistros, vel institores tabernæ in solidum actio datur Paul. 2. sent. 8. §. ult.

58. Sed & res empta ex pecunia aliena nomine proprio, à domino pecuniæ vindicari non potest, sed habebit tantummodo actionem ad pecuniam repetendam l. si ex ea 6. *C.* de rei vind. l. si patruus 4. C. comm. ut iud. l. si pecunia 1. l. mancipia 3. l. multum interest 6. l. qui aliena 8. C. si quis alt. vel sibi l. etsi 9. l. si filij 16. C. de don. int. vir. l. ult. C. de dist. pign. l. item veniunt 20. in pr. & §. sed non

omnia l. sed & si 25. §. item 1. ff. de per. her.

59. Nisi dominus pecuniæ sit miles l. si ut proponis 8. C. de rei vind.

60. Vel minor l. si curator 3. C. arb. tut. l. sed si 3. in pr. ff. reb. eor. l. 7. in pr. ff. qui pot. in pign.

61. Rem quoque emptam ex pecunia sua marito donata mulier vindicare potest, si alias maritus sit non solvendo l. uxor 55. ff. de donat. int. vir.

62. Quin etiam res ex pecunia dotali comparatæ dotales esse videntur l. res quæ 54. ff. de iur. dot.

63. Sed non sunt l. ex pecunia 12. C. de iur. dot.

64. Nisi ex pacto ut supra de constit. dot. num. 32. 33.

65. Crediderim tamen mulierem eas vindicare posse, cum maritus solvendo non est d. l. uxor. 55. ff. de don. int. vir.

66. Nisi possidentes ei dotem solvere parti sint ut supra de rep. dot. num. 75.

67. Denique alienatio rei alienæ non valet, nisi dominus ratum habuerit,

vel præscriptio secuta sit l. mancipia 4. l. si fundum 5. l. nemo 6. C. de reb. alien.

68. Vel à fisco facta fuerit: sed adversus eum actio datur usque ad quadriennium ipsi domino l. omnes 2. iuncta l. bene à Zenone 3. C. de quad. præscr. & ibi Gotofr. §. ult. instit. de usucap.

69. Vel nisi præsente, & consentiente domino facta sit alieno l. si fundum 92. in pr. ff. de leg. 1. l. si vero 12. §. inde 8. ff. mand.

70. Alienatio vero rei communis tenet pro parte alienantis tantum: nisi socius ratum habuerit, vel præscriptio secuta sit, vel à fisco celebrata sit alienatio toto tit. de comm. rer. alien. l. un. C. si comm. res pig. da. sit l. un. C. de vend. rer. fisc. l. quidam 12. ff. de evict. l. si socius 16. ff. de reb. cred. l. nemo 68. ff. pro soc.

71. Neque pro ea parte tenebit, si emptor velit à toto contractu recedere, quod partem non erat empturus: vel si insit connexitas. nec separatio commode fieri possit l. tutor 47. §. curator 1. ff. de minor. l. cum eiusdem 34. l. plerumque 35. l. ædi.

les 38. in fine pr. & §. si plura cum seq. & iuncta l. 39. 40. ff. de æd. l. si duos 44. ff. de cont. empt.

72. Nisi cum emptor sciebat onus rei: nam tunc venditio stabit etiam pro parte alienantis, nisi emptor fuerit protestatus se nolle fundum, nisi totum emptum habere per d. l. 47. §. 1. ✻. quod partem ff. de minor. l. quod si 13. §. Celsus 1. ff. de in diem addict. l. hanc legem 22. iuncta l. 23. & 24. ff. de cont. empt.

73. Et è contra venditor non cogitur pro parte venditionem adimplere, nec etiam pro parte à venditione recedere l. quod si 31. §. si plures 5. & §. Marcellus 7. & §. idem 8. ff. de æd. ed.

74. Nisi cum per patres venditio facta est l. quod si 31. §. si venditori 10. ff. de æd ed.

75. Sic & debitori, qui cum 100. tantum deberet, 200. debere existimans fundum ducentorum eo errore ductus in solutum dederit, competit totius fundi repetitio: nec eius pars in solutum cedet, si ipse debitor nolit pristina scilicet obligatione manente l. si non sortem 26. §. si

centum 4. ff. de cond. ind. l. cum amplius 84. ff. de reg. iur.

76. Nisi si rei ęstimatio facta sit: tunc enim non res sed superfluum pretij repeteretur d. l. si non sortem 26. §. idem Marcellus 5. & §. seq. ff. de cond. ind.

77. Sed & ratione connexitatis nonnunquam emptor partis totam rem emptam: & vicissim venditor partis, totam rem venditam habere cogitur, l. communi dividundo 7. §. si debitor ult. ff. comm. divid. l. Iulianus 13. §. idem Celius 17. ff. de act. empt.

78. Et ratione doli l. domum 57. ff. de cont. empt.

79. Rem communē demoliri aut reficere invito socio non licet l. parietem 8. ff. de servit. urb.

80. Nec tubulos parieti communi, vel parietem proprium admovere l. quidam 13. in pr. ff. de servit. urb.

81. Ita ut paries parieti communi incumbat: nam si non incumbat, iuxta habere licet, modo refectioni non sit impedimento l. fistulam 19. §. iuxta 1. ff. de servit. urb.

82. Sed neque fistulam, quæ aut ex cas-

cello, aut ex cœlo aquam capiat d. l. fistulam 19. in pr. ff. de servit. urb.

83. Neque immissum, vel proiectum habere à privatis ædibus in communes l. sed si 27. in pr. ff. de servit. urb.

84. Nec fenestras habere in pariete communi l. eos 40. ff. de serv. urb.

85 Nec furnum secundum communem parietem habere l. si servus 27. §. si furnum 10. ff. ad leg. Aq.

86 Balneum tamen secundum communem parietem habere licet: dummodo non talis sit usus tepidarij, ut perpetuo humore noceat, l. fistulam 19. in pr. ff. de serv. urb.

87 Et scalas admotas habere: quia hæ removeri possunt d. l. fistulam 19. §. scalas ult. ff. de ser. urb.

88 Parietem quoque communem incrustare licet, & in eo picturas etiam pretiosissimas habere l. quidam 13. §. parietem ult. ff. de servit. urb.

89 Atqui si parietem demolitus fuerit socius, in æstimatione damni earum rerum ratio non habebitur ibid.

90 Denique in re communi nemo dominorum, neque facere quicquam invito

altero potest, neque prohibere quominus alter faciat: sed per communi dividundo actionem consequitur socius quominus opus fiat, aut ut id opus quod factum est tollatur: si modo toti societati prodest opus tolli, l. in re communi 26. l. sed si 27. ff. de servit. urb. l. Sabinus 28. ff. comm. divid.

91 Nam potior est conditio prohibentis d. l. Sabinus 28. ff. comm. divid. l. an unus 11. ff. si ser. vind.

92 Si modo opus absente socio factum sit: quod si eo præsente, & non prohibente, tunc agere non poterit ad hoc ut opus tollatur, sed habebit actionem pro damno accepto d. l. Sabinus ff. comm. divid.

93 Quod si facienti consenserit nullam prorsus habebit actionem ibid. in f.

94 Sed & opus fieri potest ex necessaria, vel utili causa, etiam invito socio l. si ædes 12. ff. comm. divid. l. inter quos 39. in pr. l. ad curatoris 46. in pr. ff. de dam. inf.

95 Eamque in causam factas expensas socius à socio recipiet l. si in area 16. C. de rei vind. l. si ut proponis 4. C. de ædif. priv. l. cum duobus 52. §. idem respondit 10. ff. pro soc.

96 Non tenemur maiorem diligentiam adhibere in rebus communibus, quam propriis l. heredes 25. §. non tantum 16. ff. fam. erc. l. socius 72. ff. pro soc. §. socius ult. inst. de societ.

97 Si quis ædificaverit parietem suo, & vicini nomine, vel repetiturus ab eo impensam, vel donationis gratia, communis fiet paries l. si meo 22. ff. com. divid.

98 Communio est odiosa ep. græc. lib. 1. ep. 290. l. meminimus in pr. ✠. sed. multi & ✠. naturale quoque vitium C. quan. & quib. quarta pars deb.

99 Quid prohibetis aquas usus communis aquarum est.

Nec solem proprium natura, nec aera fecit.

Nec tenues undas, ad publica munera veni.

Ovid. metamorp. lib. 6. ✠. 350.

100 Neque per principis rescriptum occupare licet locum publicum l. præscriptio 6. l. si aliquando 15. C. de oper. publ.

101 Ad constructionem, sive refectionem operis publici quilibet conferre tene-

10 Et lectica, vel carruca commodata per partes non rectè repetitur, l. in commodato 17. §. duabus pen. ff. commod.

11 Et pro parte deffensio non rectè suscipitur; l. iam tamen 5. §. si tamen pen. ff. iud. sol.

12 Eaque de causa unus plurium à iudice statui debet, qui debita præstet alimenta l. solent 3. ff. de alim. leg.

13 Pactum vero ut divisio nunquam fiat, non valet: ut vero intra certum tempus licet longissimum, non fiat, valet l. in hoc iudicium 14 §. si conveniat 2. ff. comm. divid. l. si convenerit 14. & l. vel quod 15. l. idemque erit 16. l. nulla 70. ff. pro soc.

14 Quod nihilominus venditionem non impediet: sed successor eodem pacto constrictus tenebitur d. l. in hoc iudicium 14. §. si inter socios 3. ff. comm. divid. & d. l. idemque erit 16. in fine ff. pro soc.

15 Ab hoc pacto licet impune resilire, si iusta causa interveniat d. l. 16. §. ult. ff. pro soc.

16 Idem ius & cum convenit, ne à societate intra certum tempus recedatur d. l.

14. 15. 16. ff. pro soc. ubi causæ recensentur.

17 Divisio autem valet sine scriptura l. non ideo 12. l. si divisionem 15. C. fam. erc. l. arbitro ult. ff. eod. l. instrumentis 9. C. de fide instit. l. divisionis 45. ff. de pact. l. cum proponas 21. C. eod.

18 Et fieri potest licet vel aliqui, vel nulli eorum qui divisionem ineunt, possideant l. 1. §. quæ quidem actio 1. l. heredes 25. §. quantum vero 2. ff. fam. erc. l. communi 30. ff. comm. divid.

19 Et iudex familiæ erciscundæ sequi debet voluntatem defuncti, etiam non solemnem l. filij 16. l. si cogitatione 21. l. inter omnes 26. C. fam. erc. l. ex facto 35. ff. de her. inst. l. si certarum ff. de test. mil.

20 Postremo rebus divisis venit evictio, nisi unusquisque receperit in se rei eventum l. si cum 66. §. diuisione ff. de evict. l. si familiæ 14. C. fam. erc. l. si fratres 7. C. comm. ut iud.

21 Inter fratres sic divisio fieri solet: antiquior partes facit iunior vero eligit Guid. Pap. qu. 289.

22 Debentque instrumenta communia

penes antiquiorem remanere custodienda ibid.

23 Alioquin tenentur ad divisionem faciendam communiter nominare tres personas probas & idoneas franc. 2. 1560. Car. 9. 1566. art. 83.

De Patre, & liberis.

1 IN rebus filio in potestate constituto delatis, vel ab eo non ex substantia patris, sed propria industria acquisitis, pater solũ & integrum habet usumfructum: ideoque ipsas alienare non potest l. res quæ 1. l. quicquid 2. C. de bon. mat. l. quæcunque 4. l. cum oportet 6. in pr. & §. non autem 2. C. de bon. quæ lib. instit. per quas pers. nob. acq. in pr.

2 Nisi sint onerosæ, vel ut laborans inopia inde habeat alimenta l. cum non solum ult. §. ipsum autem 5. C. de bon. quæ lib. l. imperator 50. ff. ad Trebell.

3 Vel ut dissoluat æs alienum eorum bonorum, quo casu si non alienet, & fuerit in mora solvendi, usuras de suo præstabit,

l. cum non solum ult. §. sin autem 4. C. de bon. quæ lib.

4 Sed opus est iudicis decreto si filius sit minor. l. cum emancipatis 3. C. de præd. min. l. cum emancipatis 3. C. de præd. min. l. si pupillorum 7. §. 2. ff. de reb. cor.

5 Eiusmodi res à patre alienatas bonæ fidei possessor præscribere non potest, nisi tricennali tempore incipiente ex quo filius patria potestate solutus fuerit auth. nisi tricennale C. de bon. mat.

6 Alienationem enim filius patria solutus potestate revocare potest: in potestate vero existens impedire non potest: quia patri libera eorum bonorum administratio concessa est l. cum oportet 6. §. non autem 2. *C.* de bon. quæ lib.

7 Sed hæc forsan administratio ei poterit auferri, si abutatur arg. l. si cum dotem 22. §. sin autem 8. ff. solut. mat.

8 Vel dissipet l. imperator 50. ff. ad Treb.

9 Quin etiam filius pro restitutione eorum bonorum, tacitam habet hypothecam in bonis patris, incipientem à tempore gerendæ, vel deferendæ administationis l.

cum oportet 6. §. sed cum ult. C. de bon. quæ lib.

10 Et vicissim filio in his rebus in quibus pater habet usumfr. eo vivente alienatio nullo modo permittitur, citra voluntatem eius cuius in potestate est, l. cum non solum 8. §. ipsum autem 5. C. de bon. quæ lib. l. si filius 3. C. de pat. pot.

11 Ad patrem simul cum usufructu transeunt onera, quibus satisfacere debet de reditibus, si ad hoc sufficiant d. l. cum non solum, ult. §. ubi autem 3. & §. sin autem æs 4. §. sin autem habeat *C.* de bon. quæ lib.

12 Si permiserit filio supradictis rebus uti frui, ei tacite usumfr. donasse censetur, l. cum oportet 6. §. sin autem 4. C. de bon. quæ lib.
18 Et in eodem ſtatu l. ſi conſenſit 7. §. illud tenendum ult. ff. quib. mod. pig. l. alienatio 67. ff. de cont. empt.

19 Onus tamen rei impoſitum pendente conditione ſub qua relicta fuit, non tranſit in legatarium: quia hoc onus non inerat rei cum relinqueretur l. is cui 11. §. heres ult. ff. quemad. ſervit. am. l. grege 13. §.

ſtatu liber ff. de pign. l. ſi locus 34. ff. de relig.

20 Nam res retrotrahitur ad ſuum principium l. proinde 8. ff. de reb. cred. l. ſervum 44. §. ſi quis 1. l. ſi tibi 86. §. cum ſervus 2. ff. de leg. 1. l. quædam ſunt 15. ff. de reb. dub.

21 Atqui commoda quæ rei acceſſerunt tranſeunt l. is cui §. heres ult. ff. quem. ſer. am.

22 Legatorum præſtatio, & cætera ſucceſſionis onera, vel damna pro competenti portione ſpectant ad heredem, & fideicommiſſarium, cui ex Trebelliano reſtituitur hereditas. l. 1. l. ad eum 2. C. ad Treb. l. deducta 58. §. cum autem 6. ff. eod. §. poſt. quod. inſt. de fideic. her. l. legatorum 1. §. qui minorem 19. ff. ut leg. ſerv. cav. Guid. Pap. q. 296.

23 Niſi cum retenta certa re iuſſus eſt heres reſtituere, vel parvo pretio iuſſus eſt vendere hereditatem: tunc enim non tenetur, nec etiam petitione hereditatis, ſed omnia onera tranſeunt in fideicommiſſarium §. ſi quis una 9. inſtit. de fideic. her. l. nec ullam 13. §. idem erit 5. & §. ſed & ſi 6. ff. de pet. her.

24 Fideicommissarij vero singulares, & legatarij damnorum ut nec etiam lucri, quæ post mortem testatoris in hereditate contingunt non sunt participes §. quantitas instit de leg. falc.

25 Præstatio alimentorum, & vestium lugubrium viduæ defuncti, spectat ad onus heredis Guid. Pap. q. 296.

26 Vt autem onera sufferunt, sic & ad lucrum veniunt heredes pro portione hereditaria, nisi sub æquo gravamine, vel expressis nominibus vocentur: tunc enim in viriles vocantur. l. quoties 23. l. nonnunquam ff. ad Trebell. l. eadem 4. §. si is ult. l. in stipulationibus 54. ff. de verb. oblig.

27 Duæ causæ lucrativæ non possunt in eadem re, & persona concurrere l. omnes 17. ff. de obligat. l. si servus 108. §. si id 1. ff. de leg. 1. l. plane 34. §. si eadem 1. ff. eod.

28 Lucratiua vero causa & onerosa, vel è converso concurrere possunt l. si is 18. l. ex promissione 19. ff. de oblig. l. plane 34 §. quod si 7. & §. & multo magis 8. ff. de leg. 1. l. his verbis 102. §. alumno ff. de leg. 3.

29. In legato quantitatis non habet lo-

cum regula de duabus causis lucrativis l. plane 4. §. sed si 3. cum sequent. ff. de leg. 1. l. Titia 87. in pr. ff. de leg. 2.

30 Sed & qui æstimationem rei ex causa lucrativa consecutus est, rem donatam petere poterit: at non è converso §. si res aliena 6. instit. ff. de legat.

31 Nisi expressum sit l. nutu 21. §. fideicommissum 1. ff. de leg. 3.

32 Præstatio annua fundo imposita pro custodia castri, est onus personale, nec sequitur fundi possessorem nisi ratione hypothecæ Guid. Pap. q. 9.

De æstimatione.

1 Æstimatio, si de contrario non appareat, facit emtionem l. cum fundus 3. l. quæro 54. §. paulus ult. ff. loc.

2 iisdem servatis, quæ in emptione servantur l. plerumque 10. §. si ante 4. & §. inde 5. l. si rem 14. l. quod si 15. l. quoties 16. ff. de iur. dot.

3 Nam & periculum transfert in eum, qui rem æstimatam suscepit l. 1. §. æstimatio ult. ff. de æstim. act. l. plerumque in pr,

ff. de iur. dot. l. æstimatæ res 51. ff. soluto mat. l. si ut certo 5. §. & si forte 3. ff. commod. l. quæro 54. §. paulus ult. ff. locati.

4 Excipe casum l. si gratuitam 17. §. si margarita 1. ff. de præsc. ver l. servos 34. ff. fam. erc.

5 Sed & litis æstimatio similis est emptioni, l. possessor 1. l. litis 3. ff. pro empt. l. eius rei 66. iuncta l. seq. ff. de rei vind. l. sed & si 7. §. si lis 1. ff. de publicia l. ut certo 5 §. si quis 1. ff. commod.

6. Iccirco qui litis æstimationem loco rei accepit, non potest deinde agere ad ipsam rem recuperandam reddita litis æstimatione, vel etiam retinere rem si ab eo petatur l. si culpa 63. ff. de rei vind. l. si servus 14. §. bove pen. ff. de condict. furt. l. si fideiussor. 30. ff. depos.

7 Aliud esset, si non ipsa litis æstimatio, sed tantum loco rei quæ amissa credebatur, eius æstimatio soluta fuerit l. in commodato 17. §. rem commodatam ult. rem 21. in pr. ff. commod. l. si fullo 2. ff. de cond. sine cav.

8 Æstimatio autem inspicitur temporis conventi vel petitionis, si nihil de tempore convenerit l. vinum 22. ff. de reb. cred.

l. si merx ult. ff. de cond. trit. franc. 1. 1539. art. 94.

9 Temporis quo fideiussor pro reo soluit l. hominem 37. ff. mand.

10 Quo quid factum est, vel fieri debuit, licet cum agitur nihil amplius intersit l. qui autem 12. §. illud tenendum ult. ff. si quis caut. l. evicta re 16. §. si servus ult. ff. de evict. l. is cum quo 55. ff. de pecul. l. hominem 37. ff. mand. l. si is 50. eod. l. doli verbum 5. §. hæc actio ult. iuncta l. 6. 7. 8. 16. ff. de serv. corrupt. l. qui agrum ult. ff. arb. fur. cæs.

11 Vel etiam pluris intersit l. ubi 8. §. is autem ult. ff. de eden.

12 Illius vero loci æstimatio attenditur, in quo & solutio fieri debet d. l. vinum 22. ff. si cert. pet. l. ratio 3. §. si per venditorem ult. ff. de act. empt.

13 Non quanti plurimi, sed communis secundum curiarum monumenta, in quibus valor rerum singulis hebdomadis ex relatione mercatorum inscribitur franc. 1. 1539. art. 94. 102. 103. 104. Reb. in proœm. constit. gl. 5. num. 86. Papo tit. de restit. fruct. arr. 15. 16. 17. tit. de iur. domin. art. 12. 13.

14. Sed & pretia rerum non metimur ex singulari affectione, sed æstimatione communi l. si servum meum 33. ad leg. Aq. l. pretia rerum 63. in pr. ff. ad leg. falc. l. cum de servi ult. §. item voluptatis 2. ff. de oper. ser.

15 Nec ex momentis temporum, nec ex ea quæ raro accidat caritate pretia constitui debent l. pretia rer. 63. §. ult. ff. ad leg. falc.

16 Interdum tamen in bonæ fidei iudiciis affectionis ratio habetur l. cum servus 54. ff. mand. l. servus ff. de serv. export. l. si in emptionem 35 ff. de minor. l. libertus 36. ff. de bon. lib.

17 Licet species, quæ debentur per authenticum instrumentum, nondum æstimatæ fuerint, potest procedi per executionem franc. 1. 1539. art. 76.

18 De æstimatione seu valore rei inquiri non debet per testes, sed litigantes ad arbitros, sive expertes remittendi sunt hen. 3. 1579. art. 162. adde art. 10. 11. const. anni 1583.

19 Pretium succedit loco rei in re legata, quæ post mortem testatoris fuit evicta: nam si pretium heredi reddatur, illud loco ip-

sius rei habebit legatarius, l. qui solidum 78. §. cum post 1. ff. de leg. 2.

20 In re aliena vendita: nam si interierit, venditor pretium quod consecutus fuerit, loco rei quæ periit domino restituit l. Iulianus 17. ff. de rei vind. l. si eum 25. ff. de reb. cred. l. si ipsa res 18. ff. quod met. cav. l. si & rem 22. ff. de petit. her.

21 Et in specie legis cum quidam ult. ff. de cond. insert.

22 Sed & penes eum videtur esse peculium, ad quem pretium peculij pervenit l. sed si quis 33. l. non penes 34. ff. de pecul.

23 At cum heres iussus est peculium dare, accepta certa summa, non videtur penes heredem esse peculium l. at cum 35. ff. de pecul.

24 Et qui pretio fruitur, non minus habere intelligitur, quam qui principali re utitur fruitur, l. si usufructus 35. §. usufructus ult. l. non utitur 39. ℣. plane iuncta l. quia qui pretio ff. de usufr.

25 Quin etiam cessio actionis nonnunquam loco rei, vel pretij succedit ut in l. 1. §. ult. iuncta l. quid ergo 2. & l. plane 3. & l. sed & si 4. ff. depos. l. si is 16. eod. l. imperator 70. in pr. ff. de leg. 2.

De Expreſsis.

1 SI maritus leget uxori dotem certa quantitate non expreſſa, oportet uxorem probare numerationem: quod ſi quantitatem expreſſerit, vel ad inſtrumentum dotale relationem fecit, in quo certa erat ſumma, vel res comprehenſa, legatum debetur ſine ulla debiti probatione l. ſi non deſignata 3. l. refert ult. C. de fal. cav. l. cum quidam 21. ff. de leg. 2. l. cum dos 1. §. ſed & ſi 7. l. cum ſcriptum 6. l. vir. 8. ff. de liberat. leg. §. ſed ſi uxori 15. inſtit. de legat.

2 Idem & in ſtipulatione quod in legato l. ſi divortio 21. ff. de verb. oblig.

3 Et generaliter ſi ſic legaverit teſtator: quod debeo lego, nulla expreſſa quantitate, nullum erit legatum, niſi debitum eſſe probetur: at vero ſi ſic, centum quæ debeo, licet nihil debeat, attamen valet legatum l. ſi ſic 75. §. ſi mihi 1. ff. de leg. 1.

4 Quod ſi ſic legaverit teſtator, decem quæ mihi Titius debet, nullum erit legatum, licet quantitas fuerit expreſſa, ſi nihil

Titius debeat d. l. si sic 75. §. quod si addiderit 2. ff. de leg. 1.

5 Quod expressum non valet, idem nonnunquam tacitum valet. Sic hoc quidem pactum, ne dolus in deposito præstetur non valet; illud tamen ne depositi agatur, valet licet idem sit in effectu l. si unus 27. §. illud 3. ff. de pact.

6 Sic expressa usurarum remissio à curatore reip. facta, non valet l. imperatores 37. ff. de pact.

7 Tacita tamen maiorum usurarum remissio per minorum receptionem valet, l. adversus 5. C. de usur.

8 Sic & miles tacito adversarij consensu (scilicet si eum litem contestari permiserit) ad procuratoris munus admittitur, licet expresso eius consensu admitti non poterat l. filiusf. 8. §. veterani 2. ff. de procur. l. ita demum 13. C. eod.

9 Ea denique ratione hæc institutio Mævius heres esto si Titius voluerit, nullius est momenti l. illa institutio 32. in pr. ff. de her. instit.

10 Ista autem valet, Mævius heres esto, si Titius capitolium ascenderit l. si quis 68. ff. de her. instit.

11 Licet

11 Licet utraque in Titii collata sit voluntatem ; sed hoc interest, quod prior in expressam, posterior in tacitam, & non expressam voluntatem.

12 Qui in casum expressum sibi prospicit, idem & in obmissum sibi prospexisse intelligitur, si par sit ratio vel maior l. si extraneus 6. ff. de cond. cav. data §. illud expeditum 3. instit. de societ.

13. Expressio unius est exclusio alterius Guid. Pap. qu. 485. num. 4.

De dubiis, & incertis.

1 QVoties non apparet, nec discerni potest, quis heres sit institutus: propter incertitudinem institutio vitiatur l. in tempus 62. §. quoties ult. ff. de her. inst. Guid. Pap. qu. 467.

2 Et tutoris datio §. sed nec 27. v. tutor instit. de legat. l. tutor 20. in pr. l. duo sunt Titij 30. ff. de testam. tut.

3 Et sententia si de quo actum sit in iudicio non constet l. idem Pomponius 5. §. si plures ult. ff. de rei vind.

4 Nec legatum valet, si cui legatum sit

non appareat: & contra si non appareat cui ademptum sit, ademptio non valet, l. si fuerit 10. ff. de reb. dub. l. si quis 3. §. si quis 3. §. si duobus 7. ff. de adim. leg.

5. Loci quoque incertitudo contractum vitiat l. arbitraria 2. §. si quis 5. ff. de eo quod cer. lo. l. qui insulam 95. l. ita stipulatus 115. in pr. ff de verb. oblig.

6 Et testimonium in annot. ad. qu. 290. Guid. Pap.

7 Quin etiam incertitudo ponderis, numeri, vel quantitatis actum similiter vitiat l. ita stipulatus 115. in pr. l. triticum 94. ff. de verb. oblig.

8 Fallit in legato alimentorum l. cum alimenta 22. in pr. ff. de alim. leg. l. si cui 14. ff. de ann. leg.

9 Pactionem obscuram contra proferentem interpretari debemus l. labeo 21. l. cum in lege 33. l. ea quæ 43. §. dolum ult. l. Titius ult. §. Lucius ult. ff. de cont. empt. l. si post 9. ff. de per. & com. rei vend. l. cum quæritur 26. ff. de reb. dub. l. stipulatio ista 38. §. in stipulationibus 18. ff. de verb. oblig. l. si arborem 17. §. hæc lex 5. ff. de servit. urb.

10 Nonnunquam tamen pro proferente

cum aliter actus periret. Dubiorum enim interpretatio ita fieri debet, ut actus potius valeat, quam pereat l. quoties 80. ff. de verb. oblig. l. quoties 12. ff. de reb. dub l. 1. ff. de eo quod cer. lo.

11 Sed & aliter in iudiciis: nam si quis intentione, vel oratione ambigua usus sit, id quod ei utilius est accipiendum est l. si quis 66. ff. de iudic. l. inter 83. §. si stichum 1. ff. de verb. oblig.

12 In dubio electio est heredis l. cum servus 39. §. seio 6. ff. de leg. 1.

13 In dubiis contra fiscum est iudicandum Rebuff. in procem. constit. gl. 1. num. 31.

14 Dubia & incerta per consuetudinem explicantur, ad quam in iis recurrendum est Rebuff. in procem. constit. gl. 5. num. 3. cum sequentibus.

15 Vel ad ius alioquin ad arbitrum l. certo generi 13. §. latitudo pen. & §. seq. ff. de servit. rust. præd.

16 Per verba præcedentia limitationem recipiunt Guid. Pap. qu. 485. num. 2.

17 Anniculus filius in naufragio ante matrem mortuus in dubio censetur l. inter socerum 26. in pr. ff. de pact. dot.

18 Idem de impubere filio dicitur in l. si mulier 23. ff. de reb. dub.

19 Dictio circa incertitudinis nota: Iccirco posita in libello qui certus esse debet non excusat à pluris petitione Guido Pap. qu. 290.

De designatione.

1 DEsignatio unde solvatur post legatum relictum apposita, ipsum conditionale non facit l. quidam 96. in pr. ff. de leg. 1.

2. Fallit in specie legis epistolam 75. in pr. ff. ad Treb.

3 Nec designatum fideicommissi nomine obligat, sed heres tenetur l. paula 27. §. Iulianus ult. ff. de leg. 1. l. Epistolam 75. in pr. ff. ad Trebell. facit l. servo legato 69. §. si testator 2. ff. de leg. 1.

4 Vt & cum res vel persona designata minus reperitur idonea Guid. Pap. qu. 8.

5 Imo vero verisimile est eum qui fructum olivæ pendentis vendidisset, & stipulatus est decem pondo olei, quod natum esset: pretium constituisse ex eo quod natum

esset usque ad decem pondo olei. Iccirco solis quinque collectis, non amplius emptor (videtur legendum venditor) petere potest. quam quinque pondo elei quæ collecta essent l. si debitor 39. §. verisimile ult. ff. de cont. empt. l. cum certus 5. ff. de trit. vino & oleo leg.

De errore.

1 SI in nomine, vel prænomine, seu cognomine testator erraverit, vel non dixerit, si tamen de quo sensit incertum non sit: error hujusmodi nihil officit veritati l. si in nomine C. de testam. l. non ideo 5. C. de her. instit. l. si fortidianum 7. C. de legat. l. si quis 3. C. de lib. præt. l. quid sit 1. l. nominatim 2. l. & si pepercerit 3. in pr. ff. de lib. & post. l. nemo 58. ff. de her. instit. l. si quis 4. ff. de leg. 1.

2 Sed & talis error, cum scilicet in nomine erratum est, de corpore autem constat, non vitiat stipulationem l. si in nomine 32. ff. de verb. oblig.

3 Neque actionem l. idem Pomponius 5. §. cum in rem ff. de rei vindic.

4 Neque quemlibet actum l. si me 34. ff. de acq. poss. l. in venditionibus 9. §. si in nomine 1. ff. de cont. empt. l. si in judicis 80. ff. de judic.

5 Nam & demonstratio vice nominis fungitur l. si in rem 6. in fine ff. de rei vindic. l. certum est 6. ff. de reb. cred. l. quoties 9. §. si quis 8. & §. heres 9. ff. de her. instit. l. nominatim 34. ff. de cond. & dem.

6 Et potior est oratione l. si tam angusti 33. ff. de servit.

7 Si vera sit & certa demonstratio: falsa autem & erronea, neque addit, neque tollit l. Titius 25. §. Lucius ult. ff. de lib. & posth. l. si sic 75. §. si mihi 1. ff. de leg. 1. l. his verbis 102. §. paterf. 1. ff. de leg. 3. l. cum dos 1. §. si quis 8. ff. de dote præl. l. legavi 25. ff. de liber. leg. l. demonstratio 17. l. cum tale 72. §. falsam ult. ff. de cond. & dem. §. huic proxima 30. instit. de legat.

8 Error quoque in qualitate institutionem, vel legatum non vitiat, modo de voluntate testatoris appareat l. falsa 33. usque ad §. 3. §. huic proxima 30. inst. de legat.

9 Neque contractum, sed agitur ad interesse l. si sterilis 21. §. quamuis 2. l. si in qualitate 22. l. si fundo 34. l. si duorum

42, ff. de act. empt. l. si id 22. ff. de verb. oblig.

10. Neque pignoris constitutionem, sed pigneratitia competit l. pignus 1. §. si quis tamen ult. ff. de pign. act.

11 Neque matrimonium cau. 26. q. 1. 2.

12 Error vero in persona, vel in corpore, seu rei substantia vitiat institutionem, & legatum l. quoties 9. in pr. & §. & si 1. ff. de her. instit. l. si quis 4. in pr. ff. de leg. 1.

13 Et matrimonium cau. 29. q. 1. 2.

14 Et stipulationem §. verbi gratia 1. instit. de except, §. de alia re 23. instit. de inut. stip. l. in omnibus 57. ff. de oblig. l. continuus 137. §. si hominem 1. ff. de verb. oblig.

15. Denique actum quemlibet l. idem pomponius 5. §. si plures ult. ff. de rei vindic. l. si ego 18. l. si & 32. ff. de reb. cred. l. in venditionibus 9. cum duab. seq. l. quid tamen 14. l. cum ab eo 41. §. mensam ult. ff. de cent empt. l. si me 34. in pro ff. de acq. poss.

16 Et tunc non præscribitur pro emptore, quia emptio non est l. pro emptore 2. §. cum stichum 6. ff. pro empt.

17 Nisi cum de corpore in quo erratur non agitur principaliter, sed accessorie, nam

tunc actus non redditur nullus l. si in emptione 34. in pr. ff. de cont. empt.

18 Error in regione designanda legatum non vitiat l. patronus 35. §. libertis 2. ff. de leg. 3.

19 Efficit tamen ut ex rescripto, in quo talis est error quis conveniri non possit c. 34. 35. de rescript.

20 Sed & regionis, finiumque designatio necessaria est in rei vindicatione l. si in rem 6. ff. de rei vind.

21 Et in pignorum executione, & subhastationibus Hen. 2. 1551. art. 1.

22 Et denique in contractibus Hen. 2. 1553. art. 5. l. Titius 48. ff. de act. empt.

23 Nisi cum in re præsenti fundi fit demonstratio l. cum servo 63. §. demonstratione ult. ff. de cont. empt.

24 Atqui confinem celare non oportet l. quod sæpe 35. §. si quis ult. ff. de cont. empt.

25 Pactum factum per errorem causæ, actionem in effectu non perimit l. si cum te 51. ff. de pact.

26 Item exheredatio facta per errorem causæ nulla est l. si posthumus 14. §. si quis ult. l. idem est 15. ff. de lib. & posth.

27. Et institutio l. pactum ejus ult. ff. de her. instit.

28. Et stipulatio l. si legati 56. ff. de leg. 1. l. obligationum 3. §. non satis autem ff. de oblig. l. sed & si 4. §. item quæritur ult. ff. si quis caut.

29 Falsa tamen causa legato adjecta, legatum non vitiat l. verba 1. l. etiamsi 2. C. de fal. cau. l. si ita 12. l. demonstratio 17. §. quod autem 2. l. cum tale 72. §. falsam 6. ff. de cond. & dem.

30 Sed plerumque doli exceptio locum habebit, si probetur quod alias legaturus non fuisset testator l. cum tale 72. §. falsam 6. ff. de cond. & dem.

31 Item traditio ex causa erronea facta non revocatur, si alia subsit legitima tradendi causa l. cum in corpus 36. ff. de acq. rer. dom.

32 Ad hæc propter errorem in spe datum non revocatur l. dedi tibi 3. §. sed si 7. ff. de cond. cau. da.

33 Errore scribentis testamentum juris solemnitas mutilari nequaquam potest, quando minus scriptum plus nuncupatum videtur l. errore 7. l. ambiguitates 24. C. de testam. l. verbum 10. C. de fideicomm. l.

qui testatur 1. §. si autem & §. seq. l. quoties 9. §. sed si 2 ff. de her. instit.

34 Ejusmodi error per quot testes probari possit tradit Guid. Pap. q. 504.

35 Et contra non nuncupatum videtur, quod contra voluntatem defuncti scriptum est l. quoties 9. §. sed si majorem 3. & §. 4. 5. 6. 7. ff. de her. instit.

36. Sed & errore scribæ non derogatur conditioni personæ l. imperator 8. ff. de stat: hom. l. ad probationem 18. C. de lib. cau. l. statui ult. C. de ingen. manum.

37 Non vitiatur rescriptum defectu literæ c. 11. de fide instrument.

38. Consensus erranti non præjudicat l. si per errorem 15. ff. de jurisd. l. cousensisse 2. in pr. ff. de judic l. sed hoc ita 20. ff. de aq. pluu. cau. 29. q. 1.

39 Item nemo errans rem suam amittit l. si procurator 35. ff. de acq. rer. dom. l. dedi 3. §. sed si 7. & §. subtilius 8. ff. de cond. cau. da.

40 Neque possessionem l. si me 34. in fine pr. ff. de acq. poss.

41 Neque jus vel privilegium suum l. si cum 1. C. si min. se mai dix l. mater 19. ꝟ. nec enim ff. de inoff. test l. legitimam 8. ff.

her. petit. l. Paulus 46. ff de bon. lib. l. Clodius 97. ff. de acq. her. l. Titius 8. ff. de resc. vend l. imperatores 3. §. cum transactio 1. ff. de transact.

42 Etenim error facti non nocet l. si is ult. ff. ad Maced. l. 1. §. quæsitum ult. ff. quan. de pec. act. ann. est.

43 Nisi sententia, vel transactio secuta sit l. si non 6. l. error facti 7. C. de jur. & facti ign.

44 Vel præscriptio l. is qui 20, ff. quib. mod. usus.

45 Si probabilis sit: usque adeo ut confessio facti in jure per errorem facta, ante sententiam revocari possit c. ult. de confess.

46 Improbabilis vero nocet. l. plurimum 3. l. nec supina 6. l. regula est 9. §. sed facti 2. ff. de facti & jur. ignor.

47 Sic ignorantia non excusatur in eo de quo palam proscriptum fuit l. sed si 11. §. proscribere 3. juncto §. proscriptum 4. ff. de instit. act.

48 Scire enim aut scire potuisse paria sunt l. Iulianus pen. ff. ad Maced.

49 Error quoque calculi non nocet, nisi sit, judicatum, vel transactum l. un. C. de err. calc. l. res judicatæ 2. C. de re judic.

50 Neque post decennium vel vicennium l. vicennium l. calculi 8. ff. de adm. rer. ad civit pert.

51 Communis error facit jus l. 1. C. de testam.

52 Error excusat a delicto, etiam si sit juris §. sed tamen 4. & §. item 5. inst. de usucap. l. potest 36. juncta l. furtum 37. ff. de usucap. l. ea quæ 18. ff. de his qui not. inf.

53 Et maxime in ea re de qua est fama publica Guid. Pap. q. 446.

54 Rusticitas & imperitia l. si quis id 7. §. doli 4. ff. de jurisd.

55 Veritas prævalet scripturæ l. nec ignorans 10. C. de donat. toto tit. plus valere quod ag.

56 Et opinioni §. si quis 11. instit. de legat. l. intra quatuor 10. §. quadriennij ult. ff. de diu. temp. præsc l. regula est 9. §. qui ignoravit ff. de jur. & facti ign.

57. Et confessioni l. assumptio 6. in pr. l. libertus 17. §. error 10. ff. ad municip. l. 1. §. si quis ultro ult. ff. de quæstion. l. inde Neratius 23. l. hoc apertius 24. & l. proinde 25. in pr. ff. ad leg. Aquil.

58 Error notarij in appositione diei, &

temporis non vitiat actum: sed probatus per duos testes præcepto judicis corrigi potest Guid. Pap. q. 130.

59 Etiam in favorem ejus qui instrumentum in judicio produxit Guid. Pap. q. 131.

De consensu, & dissensu.

1 QUi semel acquievit postea contra venire non potest l. ipse significas 7. C. de falc.

2 Et quod semel placuit amplius displicere non potest c. 21. de reg. jur. in 6.

3 Et qui semel approbavit amplius reprobare non potest l. Pomponius 9. ff. de neg. gest. l. justa 9. §. sciendum ult. ff. de manum. vind. §. semel autem 6. instit. quib. ex cau. man. non licet. l. quod si 31. §. in factum 17. & §. illud plane 18. ff. de ædil. ed. vide Guid. Pap. q. 503.

4 Et qui recepit arbitrium, illud detractare non potest l. labeo 3. §. tametsi. 2. ff. de arb.

5 Nisi hæc per errorem, ignorantiam, vel obreptionem facta sint l. licet 3. C. de

fals. l. qui ignorans 3. ff. eod. l. cum vero 26. §. hoc senatusc. 8. ff. de fideicom. libert. Guid. Pap. q. 503.

6 Sed & medici, grammatici & oratores probati, reprobari possunt, si non se utiles præbeant l. ut gradatim 11. §. reprobari 3. ff. de muner. & hon. l. grammaticos. 2. C. de profess. & med. l. si duas 5. §. & philosophos 5. in f. ff. de excus. tut. l. quod semel pen. ff. de decret.

7 In favorabilibus consentit etiam is qui non testificatur se dissentire l. patrem 1. l. cum appellasse 2. C. de filiis f. l. 1. §. scientiam 3. ff. de tribut. act. l. quidam 12. ff. de evict. l. quoties 2. in pr. ff. ad municip. l. si filius f. 16. ff. ad Maced.

8 In odiosis vero is dissentire videtur, qui non expresse consentit l. invitum 5. ff. de servit. urb. l. filius f. 8. §. invitus ff. de procur.

9 Dissensus circa quantitatem contractum non vitiat l. inter 83. §. diversa 3. ff. de verb. oblig.

10 Neque dissensus circa accessiones l. si in emptione 34. in pr. ff. de cont. empt.

11 Dissensus autem circa principale vitiat contractum l. inter 83. §. si stichum 1. &

§. si stipulante 2. ff. de verb. oblig.

12 Sed non judicium d. l. inter 83. §. si stichum ff. eod.

13 Qui simulat non consentit l. contractus 54. ff. de oblig.

14 Inviti & repugnantis melior conditio fieri non videtur l. Neratius ult. ff. de usu & hab. l. invito 69. ff. de reg. jur.

15 Quin imo suspectus est qui operam suam ingerit invito l. quæ omnia 25. ff. de procurat.

16 Pro invito is facere potest cujus interest l. patri 27. in pr. ff. de minor. l. 1. & seq. ff. de liberal. cau.

De Subscriptionibus.

1 PRoprio actui subscribens se obligat l. si quis 6. §. cogenuur 1. ff. de eden. l. si ego 9. §. cæterum ult. ℣. plane ff. de jur. dot.

2 Nisi cum subscriptio per errorem facta est l. si falsum ult. C. plus val. quod Ag. l. Titius 8. ff. de resc. vend.

3 Alienum vero actum, id est, qui inter alios geritur scribens vel subscribens, sibi

10 Præterea falsa enunciatio in actu posita subscribenti non nocet l. Gajus 39. ff. de pignor. act.

De Satisdationibus.

1 Satisdatio remissa peti non potest, licet heres bona dilapidet l. quæ filium ult ff. ut leg. seu fid. nom. cau. l. poctum 46. ff. de pact.

2 Si postea per ignorantiam præstita fuerit, poterit condici l. si quis 1. in pr. ff. ut in poss. leg. l. sed & si 4. §. item quæritur ult. ff. si quis caut.

3 Et exceptio fidejussori competit ibid.

4 Omissa vero cautio condici potest in specie l. hoc senatusc. 5. §. si pecuniæ 1. ff. de usufr. ear. rer. l. & si 7. in pr. ff. usufr. quem. cau.

5 At non in specie l. peto 69. §. fratre pen. ff. de leg. 2.

6 Quia priori casu cautio est de essentia, nec remitti post l. si ususfr. 1. C. de usufr. l. tribus 8. ff. de usufr. ear rer.

7 At non in posteriori.

8 Dispositio enim facta contra naturam

rei, nullius est momenti l. per servum 14. §. ususfr. 1. ff. de usu & hab. l. 1. ff. de adim. leg. l. obligationem 44. §. circa 1. in fine ff. de obli.

9 In omnibus bonæ fidei judiciis cum nondum dies præstandæ pecuniæ venit, si agat aliquis ad interponendam cautionem, ex justa causa condemnatio fit l. in omnibus 41. ff. de judic. l. pro socio 38. in pr. ff. pro soc. l. quod si 16. in pr. ff. de pet. her. l. heredes 25. §. idem juris 13. ff. fam. erc.

10 Sed & licet jam satisdatum sit, tamen nova de causa iterum satisdari debebit, veluti si actio creverit l. si quo 41. ff. de pet. her.

11 Si sine culpa stipulatoris cautum esse desierit l. prætoriæ 4. ff. de stip. præt. l. de die 8. §. si fidejussor 3. ff. qui sat. cog.

12 Et si medio tempore calamitas fidejussoribus insignis, vel magna inopia accidit l. si ab arbitro 10. §. qui ex causa ult. ff. qui satisd. cog. l. plane 4. ff. ut in poss. leg.

13 Eadem de causa pignoris persecutio permittitur l. quæsitum 14. in pr. ff. de pignor.

14 Quoties vitiose cautum vel satisdatum est non videtur cautum l. quoties 6. ff. qui

satisd. cog. l. qui satisdare 3. ff. de fidejuss.

15 Et ex integro caveri debet l. de die 8. §. qui mulierem 1. & §. si servus 2. ff. qui satisd. cog. l. quamvis 8. §. si convenerit 8. ff. ad Velleian.

16 Secus si non idonee cautum sit. Nam sibi imputare debet qui non idoneum fidejussorem approbavit d. l. qui satisdare in fine ff. de fidejuss. l. si ab. arbitro 10. §. qui ex causa ult. ff. qui satisd. cog. l. sciendum 1. §. item quæritur ff. de separat. l. si is à quo 3. §. si semel ult. ff. ut in poss. leg.

17 At vero fidejussor debet renuntiare privilegio fori, alioquin merito recusatur l. si fidejussor 7. ff. qui satisd. cog. l. si quis 1. ff. si quis in ius voc.

18 Qui certam personam fideiussuram pro se constituit, si ea nolit fideiubere, vel si post moram promittentis mortua sit, dando aliam personam non minus idoneam liberabitur l. qui autem 14. §. sed si 2. ff. de constit. pec. l. labeo 25. §. si per fideiussorem vlt. iuncta l. seq. ff. de arbit.

19 Quod si ea persona nulla mora interveniente fato suo functa sit, promissor liberatur d. l. qui autem 14. §. sed si 2. ff. de const. pec.

20 Verumtamen creditor loco fideiussoris pignus accipere cogi non debet Gothofr. ad l. quemadmodum 29. §. magistratus pen. ff. ad leg. Aquil.

21 Aliud esset si non fideiussio, sed cautio, vel satisdatio generaliter deberetur: tunc enim fideiussore, vel pignore dato satisfactum foret, l. promissor 21. §. si quis autem ult. ff. de constit. pec. l. si mandatu 59. §. Paulus ult. ff. mand. l. ergo 4. §. adjdici 8. ff. de fideic. libert.

22 Minister electus ad distribuendum satisdare non debet, nisi pauper fiat testatore ignorante l. liberto 21. §. largius 4. ff. de ann. leg.

23 Vel nisi apertè cavere iussus esset l. divus 7. ff. si cui plus quam per leg. falc.

24 Mulier pro doario restituendo debet fideiubere Guid. Pap. qu. 148. 149.

25 Quod si non possit, res committi debet alicui bono viro per quem fructuum commoditatem percipiat, Guid. Pap. qu. 250.

De Principali, & Accessorio.

1 QVi perdit principale, perdit & accessorium l. labeo 17. ff. quem. ser. am.

2 Extincto enim principali extinguitur accessorium l. 1. l. nam quæ 2. ff. de pec. leg. l. ex parte 39. §. duos 4. ff. fam. erc. l. penu 2. l. nam quod 4. in pr. ff. de penu. leg. cap. 6. §. cum ergo de fide instrum. l. nihil 129. §. cum principalis 178. ff. de reg. iur.

3 Quæ concomitantur res commodatas, vel precario concessas, eodem iure censentur l. si ut certo 5. §. usque adeo 9. ff. commod. l. eum qui emit §. non solum 15. ff. de furt. l. quamvis 10. ff. de precar.

4 Idem in deposito l. 1. §. si cista 41. ff. depos.

5 Et in emptione l. quod si 31. §. quod emptioni ult. iuncta l. itaque 32. & l. proinde 33. ff. de ædil. edicto l. servi venditor 5. de evict.

De Prohibitione & Permissione.

1 PRohibitum ad tempus, post tempus videtur esse permissum l. puto autem 6. §. si quis ult. l. imperator 8. ff. de postul. toto tit. C. de his qui in exilium.

2 Alioquin simpliciter prohibitum nunquam facere licet, neque permittentibus his quorum interest l. quos prohibet 7. ff. de postul. l. filiusf. 8. §. milites ff. de procur.

3 Sed & si quis ex causa quæ infamiam irrogat prohibitus fuerit ab officio, quod ab infami exerceri prohibetur, in perpetuum removendus est, licet ad tempus tantum fuerit prohibitus l. ad tempus 5. ff. de decur.

4 Prohibitio, vel denuntiatio ne quis faciat id ad quod tenetur, vel quod ei facere licet, non impedit actum geri l. Papinianus 14. ff. de publiciana l. utrum 27. ff. de constit. pec. l. vero procuratori 12. §. alia causa est 3. l. aliud est 106. ff. de solut.

5 Nisi nudum fuerit mandatum d. l. vero

procuratori 12. §. ſed & ſi 2. & d. l. aliud eſt 106. ff. de ſolut.

6 Et res ſit integra d. l. Papinianus 14. ff. de publiciana l. 1. §. ſi quis 2. ff. de excepr. rei vend.

7 Quod illicitè vel inutiliter adiectum eſt pro non adiecto habetur, nec actum vitiat l. proprium 5. ff. comm. præd. l. placuit 29. ff. de uſur. l. ſi mihi 100. in pr. l. ſi duo 128. ff. de verb. oblig. §. ſi quis 4. inſtit. de inut. ſtip. §. heres 9. inſt. de her. inſtit. l. hereditas 34. ff. de her. inſtit.

8 Nam utile per inutile non vitiatur l. ſi paternam 8. C. ad Velleian. l. ſi quis ita §. ſi quis 5. & §. ſi loci 6. ff. de adim. leg. l. ſi ſtipulatus 126. §. ſi ita ult. ff. de verb. oblig.

9 Niſi in fideiuſſore, cui ſupra principalem obligationem aliquid adiectum eſt: nam tunc tota obligatio fideiuſſoria perimitur l. Græcè 8. §. illud commune 7. cum ſeq. l. fideiuſſor 16. §. qui certo 1. & §. ſed & ſi 2. l. ſi à reo 70. in pr. & §. ſub diverſis 1. ff. de fideiuſſ.

10 Et niſi in tutore dato certæ rei particulari, vel cauſæ §. certæ autem 4. inſtit. qui teſt. tut. da. poſſ. l. certarum 12. iuncta l. & ſi 13. & l. quia 14. ff. de teſtam. tut.

11 Si tamen tutor detur certis patrimoniis datio utilis erit l. si tamen 15. ff. de testam. tut.

12 Et nisi in specie l. pedius 7. §. unde ult ff. de arbit.

13 Denique nisi quid impossibile adiectum sit. Nam adiectio eius quod per rerum naturam fieri non potest, vitiat contractum l. arbitraria 2. §. qui ita 6. ff. de eo quod certo lo. l. quoties 24. ff. de oper. lib. §. loca instit. de verb. oblig.

14 Illicitum & prohibitum quoquo modo promissum peti non potest l. pretij 19. l. si contra 20. C. mand.

15 Et prohibitum una via, alia permissum esse non debet l. cum hi 8. §. si cum his 20. ff. de transact. l. scire oportet 21. §. si mater 1. ff. de tut. dat.

16 Qui non prohibet cum prohibere potest, permittere videtur l. Sabinus 28. ff. comm. divid. l. si actoris 2. ff. de eo per quem factum erit.

17 Et tenetur de crimine c. 47. de sent. excomm. l. si vero 5. §. positum habere 10. ff. de his qui deiec. l. quid ergo 13. §. si quis 1. ff. de his qui not. inf. Gothofr. ad l. 4. ff. ad leg. Aq. lit. à l. 2. 3. 4. 5. 6. ff. de nox. act. l. 4. C. eod.

18 Is qui aliquid præsens facere patitur iis, quibus habet inhibendi potestatem, perinde habetur ac si faceret, & obligatur l. si remunerandi 6. §. si passus sum 2. l. qui patitur 18. ff. mand. l. si fideiussor 6. C. eod. l. 1. §. magistrum 5. ff. de exerc. act. l. semper 60. ff. de reg. iur. l. 1. §. hæc verba ult. ff. de flumin. l. 1. §. hæc autem 1. ff. si fam. furt. fec.

19 Multo magis qui iubet, vel mandat. l. 1. in pr. ff. quod iussu l. hoc iure 152. §. deiicit 1. l. is damnum dat 169. in pr. ff. de reg. iur.

20 Re concessa & illud concessum esse intelligitur, sine quo res illa explicari non posset l. si fundo 1. §. ususfr. 1. cum sequentib. ff. si ususfr. pet. l. de servitutibus 2. §. recte 2. ff. si serv. vind. l. damnas 15. §. qui duos ult. ff. de usu & usufr. leg. l. si iter 10. ff. de servit. l. servitutes 2. § si domo 1. ff. de servit. vrb. l. qui fundum 40. §. in l. 1. ff. de cont. empt. l. si venditor 10. l. si quis 12. in pr. ff. de relig.

21 Et prohibitio in contrarium pro non posita habetur d. l. 1. §. ususfr. 1. ff. si ususfr. pet.

22 Præposito quoque alicui negotio, ea

omnia concessa credibile est, quæ ad illud negotium pertinent, ideoque in his, ille qui præposuit obligatur l. cuicunque 5. §. non tamen 11. & §. proinde 12. ff. de instit act.

23 Et si præpositus mutuam pecuniam acceperit ad usum eius rei in quam præpositus est, in dominum datur actio d. l. cuicunque 5. §. sed si 13. & §. 14. 15. 16. ff. de instit. act. l. utilitatem 1. §. non autem 7. iuncto §. quid si 8. ff. de exerc. act.

24 Dummodo lex seu conditio præpositionis servata sit d. l. 1. §. igitur 12. ff. de exerc. act. l. sed si 11. §. conditio autem 5. ff. de instit. act.

25 Licet non in eum usum, sed in suum pecuniam converterit: sufficit enim creditori in eam rem credidisse, nec refert in eam consumptam non esse, dummodo iam ab initio causa credendi subsistat l. 1. §. unde 9. & §. sed & si ff. de exerc. act.

26 Non tamen habebit privilegium hypothecæ in re, nisi cum effectu ad usum ipsius rei impensa fuerit pecunia: huius enim pecunia salvam non fecit totius pignoris causam l. huius enim 6. ff. qui pot. in pign. Gothofr. ad l. interdum 5. in verbo

impensum est eod.

27 Non idem in eo qui minori, vel civitati, vel filiof. credidit pecuniam: nam tunc omnimodo in utilitatem versa debet esse pecunia, & curiosus debet esse creditor quo vertatur toto tit. C. si advers. credit. l. civitas 27. ff. de reb. cred. l. quod si 3. §. sed si 9. ff. de in rem verso.

28 Sed & præpositus dominum obligat, etiam ob illum actum quem nominatim prohibuit, si prohibitionem contrahens ignoravit, alioquin deciperetur l. 1. §. magistrum 5. ff. de exerc. act. l. cuicunque 5. §. si ab alio 16. ff. de instit. act.

29 Nisi cum proscriptione publica prohibitio facta fuit, literis claris, idiomate cognito, loco evidenti unde facile legi possit, & in quo negotiatio fiebat. Nam tunc ignorantia non excusat, dummodo cum contraheretur proscriptum duraret l. sed si 11. §. de quo 2. dum duob. sequentib. ff. de instit. act.

30 Eiusmodi tamen proscriptio impedit quidem institoriam actionem, sed non de peculio l. si quis 17. §. proculus 4. ff. de instit. act. l. quoties 47. in pr. ff. de pecul.

31 Denique prohibitio eius non nocet

qui interdum permittit, interdum prohibet: ne eiusmodi variatio fraudi sit contrahentibus l. sed si 11. §. conditio 5. in fine ff. de instit. act.

32 In licentia vel potestate data, & in qualibet concessione & collatione in libitum & voluntatem facta, tacite inest & subintelligitur boni viri arbitrium Guid. Pap. qu. 457.

De officiis, & dignitatibus.

1 OPtimus princeps Adrianus cum ab eo viri prætorij peterent, ut sibi liceret de iure respondere, rescripsit eis, hoc non peti, sed præstari solere l. 2. sub finem ff. de orig. iur.

2 οὐκ ἐξ ἁπάντων τὰς ἀρχὰς κληροῦντες: ἀλλὰ τοὺς βελτίστους καὶ τοὺς ἱκανωτάτους ἐφ᾽ ἕκαστον τῶν ἔργων προκρίνοντες Isoc. in orat. Areopag. p. 212.

3 Itaque iusta est causa appellandi a creatione si alius prior, & potior debuerat creari, vel nominari l. un. C. de pot. ad mun. nom.

4 Non potest quis exercere officium, in

quo semel deliquit l. si aliquid 12. C. de suscept.

5 Administratores reip. non possunt aliquem pacto gratuito liberare l. imperatores 37. ff. de pact. l. ambitiosa 4. ff. de decret ab ord. fac.

6 Si tamen cum maiores usuræ deberentur, minores acceperint, maiores remissæ sunt ex vi taciti pacti, quod tamen expressum non valeret l. adversus. 5. C. de usur.

7 Inter consortes eiusdem muneris, licet quidam non administraverint, sumptuum detrimenta dividuntur l. un. C. sumpt. iniuncti mun.

8 Gravati à peræquatore habent facultatem conquerendi intra annum, quo elapso non audiuntur ulterius l. qui gravatos se 5. C. censib.

9 Non datur actio ob damnum quod quis accipit per magistratum officij occasione l. locum ult. §. Titius ult. ff. de pign. act.

10 Finitur officium adiuncti simul cum officio eius cui adiungitur l. si curatores 1. C. quando tut. esse des. l. potuit 2. C. in quib. cas. tut. hab.

11 Creantur consules per circulum Guid. Pap. qu. 452.

12 Debet attendi consuetudo Guid. Pap. q. 452. num. 1.

13 Vnus plurium consulum potest negotium universitatis in solidum gerere Guid. Pap. d. q. 452. in fine.

De Expensis.

1 EXpensæ necessariæ in res dotales factæ, minuunt dotem, & veniunt in restitutione dotis l. un. §. taceat 5. ℣. sed nec ob impensas C. de rei ux. act. l. si is 56. §. quod dicitur ult. ff. de iur. dot. l. quod dicitur 5. in pr. ff. de imp. in res dot. l. dote 5. ff. de dot. præl.

2 Etiamsi convenisset ne ob eas ageretur l. illud 5. §. & si ult. ff. de pact. dot.

3 Verum tamen si mulieri ab alio quam viro legatum sit, quicquid dotis nomine dedit, impensæ non veniunt deducendæ l. Mævius 41. §. a me ff. de leg. 2.

4 Propter utiles vero impensas actio mandati competit, si voluntate mulieris factæ sunt: vel negotiorum gestorum si muliere ignorante, vel non consentiente factæ fuerint d. l. un. §. 5. ℣. sed. nec ob impen-

sas C. de rei ux. act. l. vir ult. ff. de fun. dot.

5 Dummodo eas impensas, quas inscia vel invita uxore fecit maritus, pro modo facultatum ipsius uxoris fecerit. Nam si supra modum. tunc eas maritus repetere non pesset l. utilium 8. ff. de impens. in res dot.

6 Sed tantum tollere, si quidem tolli sine rei detrimento possint l. sin autem 27. §. in rem ult. cum leg. seq. l. in fundo 38. ff. de rei vindic.

7 Quæ sint necessariæ impensæ dicitur l. 1. 2. 3. 4. 14. in pr. ff. de impens. in res dot.

8 Quæ sint utiles l. quod dicitur 5. § utiles ult. iuncta l. veluti 6. & l. impensæ. 14. §. utiles 1. ff. de imp. in res dot.

9 De voluptariis dicitur in l. voluptariæ 7. in pr. & l. impensæ 14. §. voluptuosæ. ult. ff. de imp. in res dot.

10 Impensæ voluptariæ in rebus promercalibus factæ pro utilibus habentur l. quod si 10. ff. de imp. in res dot.

11 Modicæ impensæ in res dotales, vel commodatas factæ non repetuntur l. omnino 12. ff. de imp. in res dot. l. in rebus 18. §. possunt 2. ff. commod.

12 Neque illæ quæ fructuum gratia factæ sint l. & ante ult. ff. de imp. in res dot.

13 Nec quæ ad præsentis temporis: non autem ad perpetuam agri utilitatem spectant l. vel si 3. §. nos generaliter ult. ff. de imp. in res dot.

14 Si fructus maritus perceperit. Nam si post impensas ab eo factas solutum esset matrimonium ante fructuum perceptionem, habenda sane esset ratio huiusmodi impensarum l. fructus 7. in pr. ff. solut. matr.

15 Propter impensas necessarias & utiles retentio & deductio, seu reputatio conceditur l. Titius 50. ff. de usuf. l. in hoc 14. § impendia 1. ff. comm. divid. l. si in area 33. ff. de cond. indeb. l. generali 32. §. Lucius 5. ff. de usu & usuf. leg. l. ait prætor 10. §. & fructus 20. ff. quæ in fraud. cred. l. quæ omnia 25. §. plane iuncta l. nisi 26. ff. de procur. Papo tit. de advoc. & procur. art. 21. & tit. de salariis art. ult. l. idemque 10. §. idem labeo 9. ff. mand. l. in restituenda 4. C. de pet. her.

16 Et doli exceptio, si dominus rem petat in quam inpensum est, non solutis impensis l. sin autem 27. §. in rem ult. l. sumptus 48. ff. de rei vind. l. si quis 11. C. eod.

eod. l. ex parte 39. in pr. ff. fam. erc.

17 Quibus omissis condictio incerti competit, quasi plus debito datum sit l. qui exceptionem 40. §. si pars 1. ff. de cond. indeb. d. l. ex parte 39. in fine pr. ff. fam. erc. l. quod dicitur 5. §. si dos 2. ff. de imp. in res dot.

18 Vel utilis funeraria, si in funus impensum sit l. si possessor 32. in pr. ff. de relig.

19 Vel pigneratitia contraria, si impensæ in rem pignoratam factæ sint l. si necessarias 8. in pr. ff. de pign. act.

20 Iccirco tamen non debet executio sententiæ retardari, si is qui obtinuit de refundendis eiusmodi impensis idonec caveat Franc, 1. 1539. art. 97. Carol. 9. 1566. art. 52.

21 Nisi condemnatus offerat se earum liquidationem intra mensem facturum ibid.

22 Impensæ vero voluptariæ non repetuntur l. ex duobus 27. in pr. ff. de neg. gest.

23 Nisi ex mandato, vel voluntate domini factæ sint l. quod si 3. §. sed si 4. ff. de in rem verso.

24 Voluntas tamen uxoris marito non

Prodest l. in voluptariis 11. in pr. de imp. in res dot.

25 Sed eas tollere licet, si sine detrimento tolli possint l. idemque 10. §. idem ait 10. ff. mand. l. pro voluptariis 9. ff. de imp. in res dot.

26 In actione damni infecti moderata earum fieri debet æstimatio l. ex damno 40. in pr. ff. de dam. inf.

27 Sed & nec eæ repetuntur expensæ, quæ redundant in contumeliam eius pro quo factæ sunt l. & si 14. §. iudicem 10. ff. de relig.

28 Neque pietatis causa factæ l. ex duobus 27. §. Titium ult. l. is qui 44. ff. de neg. gest. l. si paterno 15. C. eod. l. si quis 5. §. si mater 14. ff. de agnosc. lib. l. cum is qui 32. §. mulier 2. ff. de cond. indeb.

29 Nisi probetur animo recipiendi expensum fuisse l. alimenta 11. C. de neg. gest. l. quæ pater 50. ff. fam. erc.

30. Vt si protestatum fuerit l. & si 14. §. sed interdum 7. §. plerique 8. §. fortassis 9. ff. de relig. adde & §. idem labeo 13. ibid.

31. Vel ex causa administrationis expensæ factæ sint, præsertim si in rationem relatæ sint l. Nesennius 34. ff. de neg. gest. l. filius

ult. ff. de petit her.

32 Denique qui expendit ultra quam ei iniunctum est, non repetit. l. liberto 31. §. libertos 4. ff. de neg. gest.

33 Alioquin eypensæ bona fide factæ restitui omnimodo debent, nec ad rem pertinet, quod mandator potuisset. si ipse negotium gessisset, minus impendere l. si quis 27. §. impendia 4. ff. mand.

34 Ita tamen ut habenda sit ratio consuetudinis domini l. ei qui 54. §. cum prædia ult. ff. de petit. her. l. vel universorum 12. ff. de pign. act.

35 Nam qui sumptus domino insolitos facit, eos non deducit l. in fundo 38. ff. de rei vind. l. sed an ultro 10. ff. de neg. gest. l. si servos 25. ff. de pign. act.

36 Nisi forte res sit venalis, in quam impensum est, & iccirco pluris vendi possit l. nisi si 29. l. fundo 38. in fine ff. de rei vindic.

37 Sed & facultas tollendi datur, id quod sine damno domini tolli possit l. Iulianus 37. l. in fundo 38. ff. de rei vindic. l. domum 5. C. eod.

38 Nisi dominus paratus sit tantum dare, quantum possessor, vel qui impendit habi-

turus esset rebus ablatis d. l. in fundo 38. ff. de rei vind.

39 Funeris impensa æs alienum dotis est, & statim ex dote solvi debet, licet dos non nisi post certum tempus repeti possit l. impensa 18. l. ideoque 19. l. Neratius 20. l. contra 30. ff. de religios. l. si filiaf. 60. ff. sol. mat.

40 Eam impensam maritus, qui dotem ex pacto lucratur, vel partem eius, & heres mulieris pro rata bonorum, quæ ad eos pervènerunt præstare debent l. Celsus 22. l. 23. 24. & seq. l. contra 30. §. sed si ult. l. si possessor 32. §. si eodem ult. ff. de religios.

41 Plane sumptus causa, qui necessario factus est, semper præcedit: Nam deducto eo bonorum calculus subduci solet l. quod privilegium 8. ff. depos.

42 Cibariorum impensæ naturali ratione ad eum pertinent. qui utendum accepit l. in rebus 18. §. possunt ff. commod. l. item 30. §. quas impensas ff. de ædil. ed. l. sed si 15. §. sufficienter 2. l. sicut 45. ff. de usufr.

43, Et ad eum cum quo ad exhibendum agitur, si prius alere solebat l. sed & si 11. §. quo autem 1. ff. ad exhib.

44 Emptiones à cauponibus factæ pretio

cibariorum in caupona ministratorum, nullius sunt momenti henr. 3. 1579. art. 361.

45. Debitor qui non obtulit partem debiti, ad quam solum tenebatur, condemnatur ad omnes expensas licet plus petierit actor Rebuff. in procem. const. reg. glos. 5. num. 53.

46 Contra quod sentit, Guid. Pap. qu. 27.

47 Crederem ego expensarum compensationem fieri debere, cum mutua sit victoria.

48 Expensæ litis non adiudicatæ peti non debent l. terminato 3. C. de fruct. & lit. exp.

49 Si tamen dictum sit male appellatum, nec expensarum condemnatio facta sit, vel interesse, nihilominus debentur, Guenes. in collat. const. reg. lib. 3. tit. 8. num. 12.

50 Qui perseveravit in lite usque ad causæ decisionem condemnatur in omnes expensas, licet initio iustam habuerit causam litigandi, Guid. Pap. qu. 137. num. 1. & qu. 436. num. 56.

51 Etiam non petitæ possunt adiudicari iudicis officio, Gui. Pap. qu. 405. in fine.

De Modico.

1 PRo modico non datur actio de dolo l. si quis 9. §. merito ult. iuncta l. 10. & 11, in pr. ff. de dolo.

2 Modica autem summa est duorum aureorum ibid.

3 In modico tamen furtum committitur §. Gallinarum 16. instit. de re divis. l. si pavonem 37. ff. de furt. l. Pomponius scribit 8. §. Pomponius ait 1. ff. fam. erc.

4 De modico ratio non habetur in ædilitia actione l. 1. §. proinde 8. l. ob. quæ 4. §. idem ait ult. ff. de ædil. edict.

5 Modicum tempus est decem dierum l. promissor 21. §. si sine 1. ff. de constit. pecun.

6 Quod factum non est propter modici temporis interstitium, non imputatur l. si fundum 16. ff. de fund. dot.

7 Modica impensa pertinet ad fructuarium, magna à proprietario repetitur l. cum 7. C. de usufr. l. usufructu 7. §. rei soli 1. ff. eod.

8 Vt & modicam proprietarius ab usu-

fructuario repetit l. si absente 48. in pr. ff. de usufr.

9 Et necessariam ad fructus percipiendos, vel colligendos: totam quidem si modica si vero magno, pro rata tantum l. Titius 50. ff. de usufr. l. generali 32. §. Lucius 5. ff. de usu & usufr. leg.

10. Modica quoque impendia, sicuti & cibariorum, ad commodatarium pertinent l. in rebus 18. §. possunt 2. ff. commod.

11 Σοφοὺς νόμιζε, μὴ τοὺς ἀκριβῶς περὶ μικρῶν ἐρίζοντας, ἀλλὰ τοὺς εὖ περὶ μεγίστων λέγοντας. Isocrates orat. 2. ad Nicoclem.

De Exhibitione.

1 Actio ad exhibendum competit, tam contra possessorem, quam contra eum qui dolo desiit possidere l. ad exhibendum 5. l. exhibitionis 7. C. ad exiben. l. Iulianus 9. in pr. ff. eod.

2 Sed & si post diem quo fieri debebat exhibitio, decesserit qui exhiberi debebat, aut amiserit civitatem, adhuc tamen utiliter agi potest l. si decesserit 4. ff. qui satisd. cog. l. si cum 10. §. qui iniuriarum ult. ff. si quis

caut. l. de eo 12. §. si post 4. ff. ad exhib.

3 Ad exhibendum autem non quivis cuius interest agit: sed is cuius ex iusta causa interest l. in hac actione 3. §. si mecum 11. ff. ad exhib. l. ad exhibendum 19. eod.

4 Et ibi fieri debet exhibitio ubi agitur, sed illuc periculo, & impendiis actoris res exhibenda perfertur l. sed & 11. §. quo autem 1. ff. ad exhib. l. si in Asia 12. §. depositum ff. depos.

5 Nisi reus dolo fecerit quominus res ibi exhiberetur ibid. & l. cum res 47. ff. de leg. 1.

6 Non iteratur nisi ex nova causa l. de eo 12. §. sæpius ff. ad exhib. l. neque 3. C. eod.

De Geminatione.

1 PLures nominationes de eodem uniformiter factæ, non faciunt ipsum ad maiorem portionem vocari l. cum quæstio 23. §. sed & ult. C. de legat. l. si alij 42. §. rerum ult. ff. de usufr. l. planè 34. §. si eadem 1. cum sequentib. ff. de leg. 1.

2 Nisi à diversis personis in solidum factæ sint: tunc enim unus rem, alter æstimatio-

nem præstabit l. quid ergo 53. §. si quis 2. l. si servus 108. §. si id 1. ff. de leg. 1.

3 Si non prior probet à se adimendi causa à posteriore fuisse relictum l. si pluribus 44. §. si ita ult. ff. de leg. 2.

4 Item si re legata, eius æstimatio eidem relinquatur, æstimatio quoque debebitur, l. si alij 42. §. rerum ult. ff. de usufr. l. nutu 21. §. fideicommissum 1. ff. de leg. 3.

5 Quid si cum ab uno ex heredibus legasset testator, deinde ab omnibus reliquerit? duplicasse non videtur l. Mævius 66. §. eum qui ff. de leg. 2. l. si tibi 86. §. si testamento 1. ff. de leg. 1.

6 Sic enim à diversis personis non relinquitur, cum non distinguantur personæ, sed pluralitate simul tanquam unum quid comprehendantur.

7 Cum vero eadem quantitas relinquitur in codicillis, quæ relicta fuit in testamento, videtur animo duplicandi relicta, nisi probetur contrarium l. quingenta 12. ff. de probat.

8 Sed & qui bis idem promittit, id semel tantum debet l. qui bis 18. ff. de verb. oblig.

9 Et vel ex prima, vel secunda promissio-

ne l. si dari 25. ff. de verb. oblig.

10 Quod si diversæ conditiones pluribus ita factis institutionibus fuerint adiectæ, ea conditio quæ prior extiterit occupabit institutionem l. si plures 17. ff. de condit. instit.

11 Contra in legatis in quibus novissima conditio spectatur: nam in legatis novissima voluntas attenditur, l. si mihi 12. §. in legatis ult. ff. de leg. 1. l. si tibi 28. ff. de adim. leg. l. sub diversis 51. l. quod traditum 87. iuncta l. 88. 89. 90. ff. de cond. & dem.

12 Vt & in datione tutoris l. tutor datus 8. §. in tutoris ult. ff. de testam. tut.

De Modo.

1 Modus adiectus non impletus non vitiat contractum, sed agitur ad interesse l. ea conditione 14. C. de resc. vend. l. cum ab eo 41. in pr. ff. de cont. empt.

2 Nisi ita convenerit cap. 4. de cond. appos.

3 Nec per eum aliqua actio tribuitur personæ in eo comprehensæ, l. cum res 22. C. de donat. l. ratio 2. C. de her. vel. act. vend. l. quod stipulatus 10. ff. de solut.

4 Quamvis his verbis, quoad cum Claudio Iusto morari essetis legatum sit, hanc tamen fuisse defuncti cogitationem censendum est, ut & post mortem Claudij Iusti, eadem vobis præstari voluerit, l. quamvis 1. C. de legat. l. annua 20. in pr. ff. de ann. leg. l. stichus 20. §. mater ult. ff. de alim. & cib. leg.

5 Nisi heredis magis causa, quam legatarij hic modus à testatore positus esse deprehendatur l. illis 8. ff. de condit. & demonstr.

6 Morari desiisse non est dicendus, qui aliquanto tempore non fuit, si morandi propositum non abiecerit l. si quis 8. ff. de cond. & demonstr.

7 Relictum ad opus illicitum, debet converti in opus licitum de consensu partium l. legatum 16. ff. de usu & usufr. leg.

8 Nec lucro heredis cedit, nisi sic à testatore fuerit dispositum l. liberto 21. §. Lucius 3. ff. de annuis leg.

De Tempore.

1 VErba testamenti referuntur ad tempus testamenti l. testamento 89. §. qui indivisam 1. ff. de leg. 2. l. nomen 34. §. filio 1. l. uxorem 41. ff. de leg. 3. l. Aurelius 28. §. testamento 1. §. Titius 2. ff. de lib. leg. l. si cognatis 19. ff. de reb. dub. l. si ita 7. ff. de aur. arg. leg.

2 Nisi ex voluntate in sequenti deinceps tempore, vel expressa, vel præsumpta testatoris, aliud introducendum sit, ut in l. Lucius pen. ff. de inst. & inst. leg.

3 Verba quoque contractus referuntur ad tempus contractus l. Rutilia polla 69. l. in lege 77. ff. de cont. empt. l. venditor 2. §. in hereditate 1. ff. de her. vel act. ven. l. cum stipulamur 125. ff. de verb. oblig.

4 Nisi etiam de futuro tempore aliquid exprimatur l. si stipulatus 76. §. cum stipumur ult. l. si à colono 89. ff. de verb. oblig.

5 Vel ex vi verborum etiam futurum tempus comprehendatur l. si servitus 23. in pr. ff. de servit. urb. præd. Guid. Pap. qu. 489.

6 Nam bona futura possunt obligari, Guido Pap. quæst. 291. num. 3.

7 Donari ibid. num. 1.

8 Quin etiam vendi ibidem num. 4.

9 Sed & verba sententiæ referuntur ad tempus sententiæ l. si mandavero 22. §. is cuius 5. ff. mand.

10 Excipe speciem l. cum ratio 7. §. post ult. ff. de bon. damn. l. deportati 2. C. de bon. proscript.

11 At verba legis seu edicti ad tempus, quo lata fuerunt, & deinceps, non ad præteritum l. de usuris 27. C. de usur. Nov. de instrum. cautela 73. cap. & hæc dicimus ult. ℣. valeat l. leges 7. C. de legib.

12 Legatum seu fideicommissum ad tempus relictum, exigi potest cautione in personam heredis exposita, ut ei post transactum tempus res non culpa deterior facta restituatur l. illud ult. C. de legat.

13 Vbi certum tempus requiritur, vel appositum est, illud perfectè debet esse completum l. in omnibus 6. ff. de oblig, & act. l. item quæritur 13. §. si lege 10. ff. locati §. omnis 2. in fine inst. de verb. oblig. §. qui hoc anno 26. inst. de inut. stip. l. qui hoc anno 42. ff. de verb. oblig. l. si eum 10. §. ho-

mo ff. si quis caut. l. 1. §. initium 3. ff. de postul.

14 Vt in ætate minorum l. denique 3. §. minorem ff. de minor.

15 Et in ætate eorum qui se à tutela, vel cura numero annorum excusant l. qui filium 74. §. Fabius ult. ff. ad Treb. l. un. C. qui ætatæ.

16 Dies termini non computatur in termino Guido Papo qu. 270.

17 Excipe in usucapionibus in quibus computatio non fit de momento ad momentum: sed de die ad diem, & sufficit postremum diem esse cæptum l. in usucapionibus 6. l. ideoque 7. ff. de usucap. l. usucapione 15. in pr. ff. de diu. temp. præsc.

18 Vt & in specie l. Anniculus 132. l. si quis 133. l. Anniculus 134. ff. de verb. sig.

19 Et in ætate testatoris l. a qua 5. ff. qui testam. fac. pos.

20 Et in petitione, & adeptione honorum. Ibi enim annus cæptus habetur pro completo l. qui filium 74. §. Fabius v. & recitabant ff. ad Trebell. l. ad rempublicam 8. ff. de mun. & honor.

21 Præterea depositum ante tempus præfinitum, & conventum repeti poterit l. 1. §.

ſi depoſuero 45. & §. proinde 46. ff. depoſ.

22 Succedens iudici delegato, cui certa tempora erant præfinita, integrum habet tempus antea præſtitutum l. ſi iudex 32. ff. de iudic.

23 Integrum quoque tempus conceditur ædificanti, cuius ædificium iam cæptum, vel pars eius incendio conſumptum fuerit l. & ideo 15. ff. de verb. oblig.

24 Reſtituto vero non datur integrum tempus l. ſed & ſi 26. §. ſi feriæ 7. ff. ex quib. cav. mai.

De Die.

1 Dies incertus conditionem in teſtamento facit l. dies 75. ff. de cond. & dem.

2 Dies vero certus conditionem non facit, nec impedit quominus dies cedat, ſed petitionem deffert l. ſi dies 21. l. ſi Titio 22. §. quædam l. firmio 26. in pr. l. cum legatorum 8. iuncta l. non tamen 9. ff. ut leg. ſeu fideic.

3 Legatorum ſi pura ſint dies cedit a morte teſtatoris, alioquin cum dies vel condi-

tio evenerit l. un. §. cum igitur 1. §. sin autem 7. C. de cad. toll. l. si Pontionilla 3. l. ex his verbis 5. l. fideicommissum ult. C. quan. dies leg. cedit.

4 Nec nocebit quod petitio differatur, vel quod adita nundum fuerit hereditas, vel aliud impedimentum: nam tunc prius decedens legatarius, nihilominus transmittet ad heredes l. quod purè 6. l. heredis 7. l. cum illud 25. ff. quan. dies leg.

5 In legato tamen usufructus dies non cedit, nisi ab adita hereditate l. un. §. dies autem 2. & §. non solum ult. ff. quan dies ususf. legati ced.

6 Item si ex die ususf. legetur, dies eius non cedet, nisi cum dies ille venerit ibid. §. item 3. l. si pure 2. l. nam cum 3. ff. quan dies leg. ced.

7 Hinc fit ut is cui legatus est ususfructus, si interim capite minutus fuerit, non amittat usumf. quia nondum ad eum pertinet l. 1. §. sed ita ff. quib. mod. ususf.

8 Sed si heres tardius adierit in fraudem usufructuarij, tenebitur ad id quod eius interest. l. si ususf. 35. in pr. ff. de usuf. l. qui usumf. 36. §. ususf. ult. eod. l. si ususf. 6. ff.

de

de usu. & usuf. leg. l. si quis 53. ff. de fideicom. lib.

9 Ante diem non cogitur quis restituere, sed cavere l. filiusf. 114. §. ijdem. 12. ff. de leg. 1. l. plane 4. ff. ut in poss. leg. ser. cav. l. inter omnes 12. ff. qui satisd. cog.

10 Nisi onus cautionis remissum fuerit a testatore l. cum tale 72. §. Titius 2. §. quid ergo ff. de cond. & dem.

11 Vel fidecommissario, seu legatario post mortem testatoris l. pactum 46. ff. de pact.

12 Sed & immobilium possessores satisdare non coguntur l. sciendum 15. ff. qui satisd. cog.

13. Neque respublica l. si quando 6. §. admonendi ult. ff. ut leg. ser. cav.

De Conditionibus.

1 Impletio conditionis non prodest nisi implenti l. si plures 6. C. de cond. ins. l. paterf. 44. ff. de her. instit.

2 Et debito legitimoque modo implenti l. hæc conditio 10. in pr. ff. de cond. & dem.

3 Non fortuito, ſed animo obtemperandi voluntati defuncti, quod præſumitur ſi cum adimpleret conditionem, eam ſciebat inſertam l. conditionum 2. ff. de cond. & dem.

4 Niſi ea ſit conditio quæ pendet ab eventu, nam eam ſcire ſufficit adimpletam: quia ipſa per ſe adimpletur ſine facto gravati, ſi vero conditio ſit iuris, nihil ignorantia nocet, dummodo evenerit l. multum intereſt 21. ff. de cond. & dem.

5 Sed & conditio ſcindi non poteſt, ſi in ſolidum poſſit adimpleri l. qui duobus 23. ff. de cond. & dem.

6 Si ſoli adiecta ſit: ſi vero pluribus recipiet diviſionem l. cui fundus 56. l. tales conditiones 112. ff. de cond. & dem.

7 Nihil intereſt utrum eveniat vivente, vel mortuo teſtatore l. ſi quis heredem 7. C. de inſtit. l. quidam ult. C. de poſthum. l. hæc conditio 10. l. publius 36. in pr. l. ſi vir 61. l. conditionum 91. ff. de cond. & dem. l. verbis 5. ff. ad leg. falc.

8 Quando conditio pendet ex eventu, ſecus ſi ex facto gravati l. conditionem 2. l. ſi iam 11. §. item ult. ff. de cond. & dem.

9 Niſi cum factum inhæret perſonæ viven-

tis testatoris: tunc enim non nisi vivo testatore potest adimpleri conditio d. l. conditionum 91. ff. de cond. & dem.

10 Sed si iam facta sint, quæ conditionis loco ponuntur, & sciat testator, quæ iterum fieri possunt expectentur ut fiant: si vero nesciat, præsenti debentur l. si iam 11. in pr. l. si ita legatum 68. ff. de cond. & dem. l. si ita 45. §. si pater ult. ff. de leg. 2.

11 Non obstat non impleta conditio, cum per eum qui iussus est non stat quominus adimpleatur, sed per casus fortuitos, vel per hæredem, vel per eum cui dare, vel facere vel cum quo aliquid peragere iussus est oneratus, habeturque pro impleta, quantum ad illum, per quem stat quominus adimpleatur l. cum quidam ult. C. de cond. insert. l. turpia 54. §. si Titiæ 1. & §. sed & si 2. l. si fundum 92. §. si Titio 1. ff. de leg. 1. l. Titia 34. §. si ea conditione 4. l. Lucius 88. §. quisquis ff. de leg. 2. l. qui quatuor 30. §. uxori 5. ff. de leg. 3. l. Mævia 13. ff. de ann. leg. l. qui dotem 12. ff. de dot. præ. leg. l. si post 5. §. item 5. ff. quan. dies leg. ced. l. Titius 14. l. iure civili 24. l. cum pupillus 88. in pr. ff. de cond. & dem. l. si ita 3. l. si quis 11. l. uter 23. l. qui ex fratribus

24, ff. de cond. & dem. l. labeo 50. ff. de cont. empt. l. Seius ult. §. emptor ult. ff. de resc. vend.

12 Etiam si quia gravior, vel plus æquo severior l. Gaio 13. §. item ult. ff. de alim. leg.

13 Vel quia noluit: nam si quia mortuus est, tunc perimitur legati petitio, si post testatorem mortuus est, secus si ante l. legatum 4. C. de cond. insert. l. quæ sub conditione 8. §. mortuo 7. l. cui ex fratribus 24. ff. de cond. instit. l. multa 6. §. si servos ult. l. filiæ 28. in pr. l. in testamento 31. ff. de cond. & dem. l. cum ita 94. in pr. eod. l. inde 23. §. idem 2. ff. ad leg. Aq.

14 Sed & tempus impedimenti l. quibus diebus 40. in pr. ff. de condit. & demonst. c. 7. de pignor. c. 35. de elect.

15 Vel absentiæ ob legitimam causam, non imputatur ei qui alicuius conditioni adimplendæ oneratus est l. Iulianus 17. §. cum quoque ult. l. necnon 28. in pr. & §. 1. l. si quis 41. l. si quis 43. ff. ex quib. cav. mai.

16 Denique quicumque sub conditione obligatus curavit ne conditio existeret nihilominus obligatur l. in executione 85. §. quicumque ult. ff. de verb. oblig. l. Iulius 81. §.

tunc demum. ult. ff. de cond. & dem.

17 Legatum ab hærede relictum cum certam ætatem attigerit, debetur sive ad eam hæres pervenerit, sive non l. libertis 18. §. ab heredibus 2. ff. de alim. leg.

18 Vide tamen l. si ita scriptum 16. ff. de manum. testam.

19 Et sive conditio legato apposita eo vivente extiterit, sive non, dummodo postea existat: nam hæredem suum obligatum relinquit l. publius 36. §. Titia ult. l. legato 65. ff. de cond. & dem. l. si à te 10. ff. ut leg. ser. cav. cav.

20 Quod si prius legatarius decesserit legatum evanescit l. si cum 4. l. huiusmodi 13. ff. quan. dies leg.

21 legatum nihilominus peti non potest, nisi post id tempus completum. quod obtinet & in aliis speciebus: nam si intra certum tempus negativa conditio in alicuius persona posita fuerit, licet ea persona defuncta a qua conditionis eventus pendebat, certum sit conditionem non extaturam, nihilominus sic relictum non rectè petetur, nisi post tempus comprehensum omnino transactum l. si his 4. §. si ita ult. l. publius 36. §. Titia ff. de cond. & dem. l. in illa 8. l. hoc

iure 10. l. veluti 27. §. si stipulatus ult. l. quicquid 99. §. si stipulatus ult. ff. de verb. oblig. c. 35. de elect. in 6.

22 Etenim hic annus cæptus non habetur pro completo l. non putabam 48. l. si in annos 49. ff. de cond. & dem.

23 Sed & si cui legetur cum 14. annorum erit, legatum non debetur, nisi post 14. annos completos: & si quidem ante 14. annum completum vita functus sit legatarius, nihil transmittit ad hæredes l. si cui 49. in pr. & §. 1. 2. 3. ff. de leg. 1. l. si Titio 22. in pr. ff. quan. dies leg.

24 Nisi is cui sic relictum fuerit, sit de liberis testatoris: liberorum enim favore annus cæptus habetur pro completo l. qui filium 74. §. Fabius ult. ff. ad Trebell.

25 Vel nisi eam temporis moram legatarij causa positam fuisse constet, non ad conditionem faciendam, sed ad solutionem prorogandam, vel ad administrationem, aut custodiam penes gravatum relinquendam l. Seius 46. l. a filia 62. §. alumno ult. l. Lucius 78. §. Mævia 1. ff. ad Trebell. l. firmio 26. ff. quan. dies leg.

26 Alioquin legatario mortuo pendente conditione legatum extinguitur l. intercidit

59. l. a testatore 109. ff. de condit. & dem. l. cum sine 19. §. quod si 1. ff. quan. dies leg. l. liber 59. §. si ita 6. ff. de hær. instit. l. ab omnibus 104. §. in testamento 1. ff. de leg. 1.

27 Contra in stipulatione. Nam si contrahentes pendente conditione fati munus impleverint, nihilominus postea eveniente conditione, contractus in sua firmitate permanet, hæredesque obligati sunt §. cum quis 25. instit. de inut. stip. l. si quis 57. ff. de verb. oblig. l. necessario 8. ff. de per. rei vind. l. pater 23. ff. de act. dot.

28 Conditio si sine liberis decesserit, nepote ex filio vel filia existente, deficit; nisi alia defuncti voluntas evidenter probetur l. 1. C. de cond. insf. l. si dotali 48. ff. solut. mat.

29 Et nati ex filia habentur pro natis ex proprio corpore Gui. Pap. qu. 133.

30 Sed contrarium sentit qu. 353.

31 Si quis filio, & eius liberis masculis reliquerit, sub eiusmodi dispositione masculi ex filia non censentur comprehensi ibid. in pr.

32 Quin etiam deficit conditio naturali-

bus liberis existentibus l. ex facto 17. §. si quis ff. ad Trebell.

33 Liberi tamen post deportationem concepti, & nati non efficiunt ut conditio deficiat l. ex facto 17. §. ex facto 5. ff. ad Trebell.

34 Eiusmodi autem conditio si sine liberis, intelligitur super viventibus d. l. ex facto 17. §. si quis 7. ff. ad Treb.

35 Et ideo si parens, & liberi simul decesserint, nec appareat quis prior, extitit conditio. nam verum est liberos non supervixisse d. l. ex facto 17. §. si quis 7. ff. ad Trebell.

36 Per eam conditionem liberi non censentur ad substitutionem vocati, nisi & insuper de restituendo gravati reperiantur, Guid. Pap. qu. 39. 184.

37 Vel alio fuerint gravamine onerati, Guid. Pap. qu. 299.

38 Vel nisi conditio apposita sit, sine liberis masculis, cum prohibitione ne filiæ succedant, Guid. Pap. qu, 299.

39 Hæc autem conditio, si sine liberis legitime procreatis, excludit liberos naturales per principem legitimatos, Guid. Pap. qu. 482. num. 4.

40 Idem forte, & si conditio fuerit simpliciter apposita, si sine liberis legitimis per l. ult. C. de his qui ven. ætat.

41 Si cui ad tempus liberorum legatum fuerit relictum, & is uxore prægnante decesserit, legatum transfert ad hæredem suum. l. sed & si 20. ff. ad Treb. l. is cui 18. ff. quan. dies leg.

42 Conditio si sine hærede decesserit, intelligitur si sine liberis, l. ex facto 17. §. si quis ult. ff. ad Trebell.

43 Ita tamen ut dispositio locum habeat in iis tantum liberis, qui fuerint hæredes, vel generaliter, vel paarticulariter instituti, non autem in aliis, Guid. Pap. qu. 457. num. 4. & qu. 458.

44 Dictio enim hæres in ultima voluntate simpliciter, & sine ulla adiectione posita, intelligitur de liberis, Guid. Pap. qu. 306. 458. 591.

45 Et maximè cum fit mentio de hæredibus masculis, Guid. Pap. qu. 485. num. 3.

46 Sed & appellatione hæredum legitimorum veniunt liberi, Guid. Pap. qu. 457.

47 Nisi constet de coutraria testaroris voluntate, Guid. Pap. qu. 457. num. 3. sub finem.

48 Quia in ultima voluntate verba in propria significatione sunt accipienda, l. ult. C. de his qui ven. ætat. imp.

49 In contractibus vero verbum hæres ad quoscunque hæredes porrigitur, Guid. Pap. d. qu. 457. & qu. 561.

50 Nisi rei qualitas esset impedimento, Guid. Pap. qu. 230.

51 Si ita esset liberis fideicom. relictum, si morte patris sui iuris effecti fuissent: nec mortalitate, sed emancipatione patresf. constituti sunt, deberi fideicom. nemo dubitaverit, diemque eius emancipatione cessisse qui morte patris cederet, l. si ita 15. ff. quan. dies leg. l. cum filiofam. 50. in pr. ff. de leg. 3.

52 De legato facto alicui cum in tutelam suam pervenerit, vel cum sui iuris factus fuerit, vide d. l. 50. & 51. de leg. 3.

53 Huiusmodi conditio, si hæreditatem meam adierit decem dato, non impedit quominus dies legati cedat à morte testatoris l. si Titio 22. §. quædam 1. ff. quan. dies eg. ced.

54 Vt nec conditio negativa: nam legatum sub conditione negativa sine ulla temporis limitatione relictum statim debetur,

& peti potest præstita Muciana cautione l. cum tale 72. in pr. & §. 1. l. Titio 73. ff. de cond. & dem. l. cum filius 76. §. qui Mucianam 7. ff. de leg. 2.

55 Nam si tempus adiectum esset tunc statuendum ut supra num. 21.

56 Conditione coniuncto adiecta, coniunctus eius non oneratur, l. Iulius 81. in pr. ff. de cond. & dem.

57 Turpis, impossibilis, vel de iure prohibita, improbatave conditio habetur pro non posita, nec vitiat institutionem, neque legatum l. reprehendenda 5. C. de instit. & subst. l. ab administratione 8. C. de legat. l. si Mævia 45. l. servum 50. §. si in non fac. ff. de hær. instit. l. si quis 6. l. conditiones 14. l. quidam 27. ff. de cond. instit. l. ab omnibus 104. §. in testamento 1. ff. de leg. 1. l. cum ita 63. §. videamus ult. l. hoc modo 64. §. quod si ult. ff. de cond. & dem. l. sed sciendum 7. l. facta 63. §. si sub conditione 7. & §. quod si 9. & §. si vero 10. ff. ad Trebell. §. impossibilis 10. inst. de hær. instit.

58 Neque matrimonium, nisi sit contra eius substantiam cap. ult. de cond. appos.

59 Contractum tamen vitiat l. 1. §. item

11. l. non solum 31. ff. de oblig. & act. l. impossibilis 7. l. si stipulator 35. in pr. & §. item 1. l. continuus 137. §. cum quis 6. ff. de verb. oblig. l. certi 9. §. item quæri ff. de reb. cred. §. si impossibilis 11. inst. de inut. stip,

60 Et pœnam in eo contractu comprehensam, l. si homo 69. ff. de verb. oblig.

61 Id m est & si res turpis, vel impossibilis, vel legibus prohibita in stipulationem deducatur l. si ita 97. ff. de verb. oblig. §. at si quis 1. inst. de inut. stip.

62 Falsa conditio impossibili conparatur, l. cum tale 72. §. falsam 7. ff. de cond. & dem.

63 Conditio tamen dandi incapaci adimplenda est l. Mævius 55. de cond. & dem.

64 Qui sub conditione stipulatur quæ omnimodo exstatura est, extat, vel extitit purè videtur stipulari l. si pupillus 9. §. qui sub 1. ff. de novat. l. conditio 100. l. si ita 120. ff. de verb. oblig. l. cum ad præsens 37. iuncta l. 38. 39. ff. de reb. cred. l. cum in secundo 16. ff. de iniusto rup. test. §. conditiones 6. instit. de verb. oblig.

65 Et conditio non expectatur, cuius eventus nihil operatur l. aliquando 13. §. si

ſub conditione ult. ff. ad Velleian. fac. l. debitrix 24. §. ſi ſenatuſconſulti 2. ff. eod.

66 Conditio adiecta in præcedenti pacto, in ſequenti intelligitur repetita, ſi alias pactum reddatur inutile, l. cum pater 11. ff. de pact. dot.

67 Et conditio intelligitur poſita, quæ poſita non eſt, ne actus pereat §. furioſus 2. inſt. qui teſtam. dari tut. l. furioſus 11. ff. de tutel.

68 Hæc verba, Volo Titium cognomen, & arma mea portare, & hæredem eſſe conditionis vim habent, Guid. Pap. qu. 251.

69 Habent & illa verba ſi voluerit, ſi malverit, Guido Pap. qu. 505.

De Culpa.

1 Imperitia culpæ annumeratur. l. qua actione 7. §. ult. l. idem iuris 8. l. item 9. in pr. l. ſi ſervus 27. §. ſi calicem 29. ff. ad leg. Aq. l. ſi quis 9. §. Celſus 5. l. item quæritur 13. §. ſi gemma 5. ff. loc. c. 9. de iniur. & dam. §. imperitia 7. §. impetu 8. inſtit. de lege Aq. l. illicitas 6. §. ſicuti 7. ff. de off. præſ. l. imperitia 132. ff. de reg. iur.

beri, l. quond si 31. §. si mancipium 11. §. quod in procuratore 14. ff. de æd. ed.

7 Evictionemque præstat rei ab administratore venditæ, l. illud quæritur 4. §. si impuberis ult. ff. de evict.

8 Denique qui negligente utitur, damno accepto de se queri debet, l. 1. §. hæc actio 1. ff. si mens. fals. mod. dix. §. præterea 3. instit. quib. mod. re cont. oblig. §. ult. inst. de soc.

9 In culpa est is qui res suas salvas fecit, commodatas amisit, l. si ut 5. §. quod vero 4. ff. commod. l. tutor 13. §. non est audiēdus 1. ff. de adm. tut.

10 Sed hoc speciale in commodato: in aliis enim rebus suas res alienis præferre licet l. qui servandarum 14. in pr. ff. de præsc. verb.

11 De dolo tamen non etiam de culpa tenebitur quis, si ita convenerit, vel si actoris causa, utilitasque sola versetur: licet ex natura contractus etiam culpa veniat l. si ut 5. §. §. interdum 10. l. eum 10. §. si rem ult. iuncta l. 11. 12. ff. commod. l. item quæritur 13. §. si quis 3. ff. locat. l. ait prætor 3. §. interdum 9. ff. de neg. gest.

12 Maritus tamen pacisci non potest ut

dolum solummodo in dotem præstet, l. Pomponius 6. ff. de pact. dot.

13 Culpa est non prævidisse quod prævidendum fuit l. sed & 26. §. si feriæ 7. ff. ex quib. cav. mai. l. si putator 31. ff. ad leg. Aq. l. si quis domum 9. §. hic subiungere 1. Ꝟ. idem quærit ff. loc.

14 Et non existimasse, quod erat existimandum, l. ob id 43. in fine ff. ad leg. Aq. l. servus 4. ff. quod vi aut clam.

15 Lata autem culpa est non intellige, quod omnes Intelligunt, l. cedere diem 213. §. lata culpa ult. l. latæ culpæ 223. in pr. ff. de verb. signif.

16 Et cum quis non ad eum modum, quem hominum natura desiderat diligens est l. quod Nerva 32. ff. depos.

17 Nam dissoluta negligentia prope dolum est l. si fideiussor 29. in pr. ff. mand. l. si fortuito 11. ff. de incen. ruina nauf. Guid. Pap. qu. 473.

18 Larior culpa est cum quis non ad suum saltem modum, curam in re aliena præstat, l. quod Nerva 32. ff. depos. l. dolus 44. ff. mand.

19 Nec adversus supradicta datur maiori in

in integrum restitutio Guid. Pap. qu. 473. num. 3.

20 De levi culpa defuncti non tenentur heredes, nisi lite cum ipso defuncto contestata, l. in heredes 2. C. de mag. conven. l. quod si 3. l. non similiter 4. ff. eod. l. alio iure 4. C. de in lit. iur.

21 Si vero culpa heredis res legata, vel fideicommisso relicta perierit, eius æstimatio debebitur, l. cum res 47. §. itaque 2. cum ff. de leg. 1. l. quid ergo 53. §. si heres 3. cum seq. eod. l. si heres 70. §. 1. ff. ad Trebell.

22 Quin etiam si eius culpa vel facto, etsi ignoraret legatum, alienata fuerit, tenetur ad interesse legatario, seu fideicommissario, l. Lucius 78. §. Titia 6. ff. ad Treb. §. si res 16. instit. de legat. l. si quis 112. §. cum servum 1. ff. de leg. 1. l. si servum 91. §. de illo 2. ff. de verb. obli.

23 Si vero sine culpa perierit, nihil debebitur, l. in ratione 30. §. certis 4. ff. ad leg. falc. l. mulier 22. §. sed enim 3. ff. ad Treb. l. mortuo 49. in pr. ff. de leg. 2.

24 Sic tamen amissa quartam minuent, l. in ratione 30. in pr. ff. ad leg. falc. l. deducta 58. §. cum autem 6. ff. ad Treb.

25 Eadem ratione re perempta, vel ex commercio exempta sine dolo, vel culpa promissoris, liberatur promissor, l. is qui 45. ff. de obl. & act. l. si ex legati 23. l. sed. si 24. l. inter 83. §. sacram. 5. l. si servum 91. §. sed si sit 1. l. scire 29. §. si à fure 1. l. si stichus 33. ff. de verb. oblig. l. si mihi 92. ff. de solut.

26 Nihil indignius est quam eum qui culpa careat supplicio non carere, Cic. lib. 2. de invent. p. 268. l. 5.

De Mora.

1 QVi moram fecit tenetur ad interesse, l. qui usumfr. 36. §. ult. l. quæsitum est 27. l. quod si 47. ff. de usufr. l. in annos 2. ff. de ann. leg. l. si ususfr. 6. ff. de usuf. leg. l. si heres 8. ff. de trit. vin. & ol. leg. l. quæsitum est 8. §. ex hoc 4. cum duob. sequentib. ff. de precar. l. cum fundus 31. in pr. ff. de reb. cred.

2 Et rei interitu, l. quod te 5. ff. de reb. cred. l. cum qui 30. §. si iuravero 1. ff. de iureiur. l. promissor 23. ff. de const. pec. l. cum servus 39. §. fructus 1. ꝟ. ipsius quoque

l. cum res 47. §. ult. l. si servus 108. §. si servus 11. ff. de leg. 1. l. cum filiusf. 49. in pr. l. eum 56. §. ult. l. nemo 82. §. si post ult. ff. de verb. oblig. l. si longis 7. C. de exec. rei iud.

3 Interpellatio non congruo tempore facta non constituit quem in mora l. cum filius. f. 49. §. ult. ff. de verb. oblig.

4 Nec moram committit, qui iusta de causa differt solutionem l. cum quidam 17. §. si pupillo 3. l. sciendum 21. iuncta l. 22. 23. 24. ff. de usur.

5 Sed & difficultas creditorem quidem non excusat a mora l. item 18. in pr. ff. de constit. pec.

6 Debitorem vero excusat l. quod te 5. ff. de reb. cred. l. sed & si 23. ff. de usur.

7 Præter quam in eo quod certo loco dare promisit l. 1. ff. de eo quod certo loc.

8 In stipulatione pœnæ sine interpellatione mora committitur l. magnam 12. C. de cont. stip.

9 Et in legato ad pias causas l. sancimus 46. §. supra autem 4. C. de ep. & cler.

10 Et in legato minori facto, reliquisque minorum debitis, ex contractibus bonæ fi-

dei descentibus l. in minorum 3. C. in quib. cav. in int. rest. l. 1. §. ult. ff. de usur.

11 Mora non nocet si purgetur post paucos dies re in eadem causa existente l. & si 8. ff. si quis caut. l. ex quacunque 2. §. ult. ff. si quis in ius voc. l. quid tamen 21. §. ult. l. ult. ff. de arb. l. sed & si 17. ff. de const. pec. l. quod dicitur 105. ff. de solut.

12 Quando res in eadem causa existat vide l. si quis 11. & l. qui autem 12. in pr. ff. si quis caut. l. i. ff. si ex nox. cav. ag.

13 Quod superest ex re debita ante moram perempta, non debetur l. mortuo 49. in pr. ff. de leg. 2.

14 Neque si post moram, vel per culpam debitoris res perierit, sed pretium solvet debitor loco ipsius rei l. quid ergo 53. §. sed si animal. 5. ff. de leg. 1.

15 Veruntamen si rem debitam vendiderit debitor, & postea ante moram perempta sit, pretium ex ea venditione redactum creditori dare non tenetur l. venditor 21. ff. de her. vel act. vend.

16 Nisi cum agitur de hereditate ibid.

17 Contra in re perempta quæ furto fuerat ablata: nam tunc etiam eius reliquiæ

condici possunt l. si servus 14. §. boue 2. ff. de cond. furt.

De Dolo.

1 Actio de dolo competit adversus reum cuius dolus dedit causam absolutioni l. servus 20. §. si persuaseris ult. l. cum a te 25. ff. de dolo l. si procuratorem 8. §. sed & 1. ff. mand. l. arbitrorum 3. C. de arb.

2 Vel liberationi l. quidam 38. ff. de dolo.

3 Et contra eum cuius dolo res quæ debebatur periit l. arbitrio 18. §. ult. & l. si fideiussor 19. ff. de dolo l. mora rei 88. ff. de verb. oblig.

4 Et si dolus adversarij dedit causam contractui, potest contrahens pœnitere, & quod dedit repetere l. cum in plures 60. §. mandavi 4. ff loc. l. servus 20. ff. de dolo.

5 Ei qui dolo fecit quominus possideret, non cavetur de evictione, nec actiones ceduntur, nec publiciana datur l. is qui 69. l nec quasi 70. ff. de rei vind.

6. Isque damnandus est quanti in litem iuraverit actor l. qui restituere 68. ff. de rei

vind. l. item veniunt 20. §. ult. ff. de petit. hered. l. sed & si 25. §. hæc verba 10. eod.

7 Nisi qui possidet iudicium accipere paratus sit, & nihil ex eo actoris intersit l. nec ullam 13. §. item 14. ff. de petit. her. l. stichum 95. §. dolo 9. ff. de solut.

8 Inque potestate est petitoris vel eum qui dolo desiit possidere, vel ipsum possessorem convenire, nec utra actio alteram consumit, nisi secuta satisfactione ibid. l. sed & si 25. §. sed utrum 9. & §. hæc verba 10. ff. de pet. her.

9 Sed & adversus eum iuratur in litem, qui contumax est in restituendo l. tutor. 8. ff. de in lit. iur.

10 Qui etiam manu militari ad restituendum cogi potest l. qui restituere 68. ff. de rei vindic.

11 Et sic æstimatio est in arbitrio petitoris paulus 1. sent. 13. §. 9.

12 Ita tamen ut neque pupillus, neque mater sint admittendi ad iusurandum in litem l. videamus 4. in pr. ff. de in lit. iur.

13 Tutores vero & curatores possunt quidem iurare si velint, cogendi vero non sunt d. l. videamus in pr. & §. ff. de in lit. iur.

14 Contra si culpa tantum amissa sit pos-

ſeſſio : tunc enim non niſi rei æſtimatio cum intereſſe debetur l. ſive 2. §. interdum ult. d. l. videamus 4. §. ult. l. in actionibus 5. §. ſed in his 3. ff. de in lit. iur. l. ſi a bonæ 21. l. qui petitorio 36. §. qui in rem ult. l. ſi culpa 63. ff. de rei vind.

15 Actioneſque ſuas dominus qui litis æſtimationem conſecutus fuerit, cedere tenebitur, reique perſecutio ei qui culpa amiſit poſſeſſionem competet l. ſi culpa 63. ff. de rei vindic.

16 Pupillus poteſt de dolo conveniri ex perſona defuncti l. heredibus 13. §. item ult. & l. quid enim 14. ff. de dolo.

17 Item ex perſona ſua ſi proximus ſit pubertati d. l. heredibus 13. in fine iuncta l. quid enim 14. ff. de dolo l. ſed ſi 3. §. ſed & ſi ult. ff. de trib. act. l. 1. §. an in pupillum 15. ff. depos l. 1. §. hoc edicto 6. ff. ne vis fiat §. in ſumma 18. ff. de oblig. quæ ex del. l. apud celſum 4. §. de dolo 26. ff. de except. doli.

18 Quod contingit cum abeſt pupillus a pubertate ſemeſtri tantum l. non tantum 17. in pr. ff. de excuſ. tut.

19 Poteſt & ex perſona tutoris, in quantum factus eſt locupletior l. ſed & 15. in pr.

de dolo l. sed si 3. §. si servus 1. ff. de trib. act. l. apud Celsum 4. §. illa etiam quæstio 23. §. si quis 24. §. quæ in tutore 25. de doli except.

20 Tempore quo agitur: nam oportet ut duret locupletior l. in pupillo 47. in pr. ff. de solut. l. litis 37. in pr. ff. de neg. gest. l. si minor 34. ff. de minor.

21 Tutoribus in residuum perpetuo condemnandis l. Iulianus 13. §. sed cum 7. ff. de act. empt. l. si sint 4. ff. de tab. exhib.

22 Quod si tutores solvendo non sint, in solidum quidem pupillus convenitur, sed actiones suas contra tutorem cedendo liberatur l. 1. l. dolus 3. iuncta l. at l 4. ff. quad. ex facto tut. l. sed si §. si servus 1. ff. de trib. act. l. apud Aristonem ult. ff. de adm. tut.

23 Poterit & ipse tutor conveniri l. ait prætor 1. §. hoc edicto 6. ff. ne vis fiat.

24 Minorem vero puberem ex dolo suo conveniri posse, & contra eum de lolo excipi manifestum est l. apud celsum 4. §. de dolo 26. ff. de dol. except. l. si pepillus 4. ff. de trib. act.

25 Dolus casu non purgatur l. si heres 16. ff. de noxal. act. l. 1. §. si rem 25. ff. depos.

l. Iulianus 13. §. si Titius 14. ff. de act. emp.

26 Ignorantia autem excusat a dolo, & impedit ne de dolo oriatur actio l. si quis 13. ff. depos. l. si id 2. ff. quod fal. tut. aut. l. illud 7. §. si cuius 2. ff. de trib. act. l. palam 2. §. & generaliter 5. ff. de do. except.

De Metu.

1 PRomissio facta metu iustè illato non rescinditur l. si mulier 21. in pr. ff. quod met. cav.

2 Aliquando tamen iusto metu factum per officium iudicis revocatur l. non est ult. §. si iusto 1. §. si fœnerator 2. ff. quod met. cav.

De Casu fortuito.

1 IS cui res inspicienda, vel experienda conceditur, de casu fortuito non tenetur l. si gratuitam 17. §. si rem 2. & §. si cum 4. l. apud labeonem 20. ff. de præsc. verb.

2 Et generaliter casus fortuiti, vel quæ

vi maiore contingunt, à nemine præstantur l. non utique 2. §. si eo. empore 7. de adm. rer. ad civit. pert. l. quæ fortuitis 6. C. de pigner. act. l. contractus 23. ff. de reg. iur. l. fluminum 24. §. Cassius 8. §. item 9. §. idem 10. §. sed & 11. ff. de dam. inf. l. tutoribus 4. C. de per. tut. l. sicut 19. ff. de pignor. l. & ita 3. §. ait prætor 1. ff. nav. caup. l. si ex plagis 52. §. cum pila ult. ff. ad leg. Aq. l. si cum 13. §. venit ult. ff. de pign. act. l. si quis 9. §. si colonus 3. §. imperator 4. l. opus 36. l. si prius 37. ff. loc.

3 Nisi id specialiter convenerit l. si incursu 1. C. depos. l. 1. C. commod. l. iurisgentium 7. §. sed & 15. ff. de pact. l. fistulas 78. §. frumenta ult. ff. de cont. empt. l. si quis 9. §. si quis 2. l. item 13. §. si gemma 5. ff. loc. l. quæ fortuitis 6. C. de pig. act.

4 Per casuum designationem: alioquin generalis renuntiatio non sufficeret l. sed & si 4. §. quæsitum 4. ff. si quis caut.

5 Vel mora intervenerit, culpave præcesserit l. si creditor 5. C. de pign. act. l. si homines 3. C. de us. & fruct. leg. l. si res 3. C. de per. tut. l. si negotia 11. ff. de neg. gest. l. si ut certo 5. §. quod vero 4. l. in re-

bus 18. in pr. ff. commod. l. ult. §. si ea conditione 1. ff. de lege Rhod. l. videamus 11. §. si in hoc 1. & §. ult. l. item quæritur 13. §. si navicularius 1. §. si magister 2. §. si quis 3. ff. loc.

6 Vel res æstimata tradita fuerit l. si ut certo 5. §. & si 3. ff. commod. l. 1. §. æstimatio ult. ff. de æstimat.

De Connexis.

1 Connexa non sunt separanda l. ædiles 38. §. si forte 13. §. cum autem ult. juncta l. vel fratres 39. l. hi enim 40. in pr. ff. de Æd. ed. l. in causæ cognitione 27. in pr. ff. de procur. l. quod autem 11. §. item ult. juncta l. & sit 12. l. quod si 13. in pr. ff. de in diem add. l. communi 7. §. si debitor ult. ff. comm. divid. l. Iulianus 13. §. idem Celsus 17. ff. de act. emp.

2 Atque ita ratione connexitatis tenetur, qui alias non teneretur: idcirco servus tenetur de gestis in servitute, quæ separari non possunt a gestis in libertate l. eum actum 17. ff. de neg. gest. l. si cognati 21. C. eod. l. si apud 21. §. plus Trebatius ult. ff. depos.

3 Et de delictis in servitute perpetratis: quia noxa caput sequitur l. licet 4. C. an. serv. pro suo facto post man. ten.

4 Et filiusf. de deposito, quod in potestate contraxit, post emancipationem conveniendus, non autem pater: si etiam tunc apud eum res deposita reperiatur l. si apud 21. in p. ff. depos.

5 Ea de causa gestor tenetur inchoata per se negotia vivo eo cuius negotia gerebantur, etiam eo mortuo consummare l. nam & 21. §. si vivo 2. ff. de neg. gest. adde supra de societate num. 10. 34.

6 Connexa ædificiis quam diu iuncta manent, ædificiorum sunt, & eorumdem partem faciunt l. librorum 52. §. sed si 7. in fine ff. de leg. 3. l. quæsitum 12. §. Papinianus 23. §. fistulæ 24. & §. specularia 25. l. cum fundus 21. l. dolia 26. in pr. ff. de instr. & instrument. leg.

7 Idcirco ædibus vel fundo distractis, vel legatis veniunt omnia ipsis affixa, & quæ ibi sunt ad perpetuum usum ipsorum l. Iulianus 13. §. ult. cum legib. seq. usque ad 19. l. si venditor 38. §. firmus ult. ff. de act. emp.

8 Vindicari non possunt quandiu sic iuncta manent, dempta vero, & separata in

pristinam causam revertuntur & vindicari poterunt l. habitator 59. ff. de rei vind. l. si inferiorem 2. C. eod.

9 Nisi dempta sint ut reponerentur l. fundi 17. §. ea quæ pen. & §. pali ult. l. granaria 18. §. tegulæ ff. de act. emp.

10 Excipe religiosis, sacrisve locis iuncta, quæ etiam dempta religiosa manent: si post perfectum iam ædificium fuerint remota l. quæ religiosis 43. ff. de rei vind.

11 Connexa sapiunt naturam, & induunt conditionem rei cui connectuntur Guid. Pap. qu. 265.

De Diuersis, & Separatis.

1 ET vicissim separata coniungere non oportet l. procuratoris 5. §. sed si duas 16. & ibi gloss. ff. de trib. act. l. ædiles 38. §. cum autem ult. ff. de æd. ed. l. Iulianus 13. §. idem Celsus 17. ff. de act. empt. l. Pomponius 15. ff. de neg. gest. l. etiamsi 29. §. ex causa 1. ff. de minor. l. cum duo 17. ff. de in diem add. Cicero ep. ad Q. fratrem lib. 1. ep. 1. pag. 680. lin. 2.

2 Et ab uno separatorum ad aliud non fit

illatio, Guid. Pap. qu. 264. num. 3.

3 Et quod uni applicatur, in cæteris denegatur, Guid. Pap. qu. 485. num. 4.

4 Et qui approbavit instrumentum in uno capitulo, poterit nihilominus illud reprobare in alio capitulo diverso, & separato, Guid. Pap. qu. 503.

De Destinatis.

1 Destinatio regulariter non efficit ut res sortiatur effectum, & qualitatem rei ad quam destinata est, antequam ad actum perventum sit: iura enim ad actum respiciunt, l. si id 58. §. item 1. ff. pro soc. & ibi Gothofr.

2 Ideoque destinata ad imponendum, vel affigendum, non habentur pro impositis, vel affixis, l. fundi 17. §. ea quæ pen. & §. pali ult. l. granaria 18. §. tegulæ ff. de act. empt.

3 Et lignum destinatum ad carbones faciendos non comprehenditur in carbonum legato, l. ligni 55. §. si lignum 7. ff. de leg. 3.

4 Sic nec in legato argenti facti, argen-

tum cœptum, l. cum aurum 19. §. infecti ff. de aur. & arg. leg.

5 Nec libri cæpti in librorum legato l. librorum 52. §. quod tamen 4. in fine, & §. unde 5. ff. de leg. 3.

6 Sic & chartis legatis, neque papyrum ad chartas paratum, neque chartæ nondum perfectæ continebuntur d. l. librorum 52. §. chartis 26. ff. de leg. 3.

7 Et vestis legato neque stamen, neque subtemen continebitur, l. vestimentum 22. ff. de aur. & arg. leg.

8 Neque nondum detexta, l. librorum 52. §. unde 5. ff. de leg. 3.

9 Item quod insulæ causa paratum est, si nondum perfectum est, quamvis positum in ædificio sit, non tamen videtur ædium esse, l. fundi 17. §. item 5. ff. de act. empt. l. quæ religiosis 43. ff. de rei vind.

10 Pali quoque qui vineæ causa parati sunt antequam collocentur fundi non sunt l. fundi 17. §. pali ult. ff. de act. empt.

11 Nisi cum res est proxima actui destinato. Ità proxime cingendus habetur pro cincto, l. filiusf. 43. ff. de testam. mil.

12 Ita librorum legato libri perscripti, sed nondum malleati, vel ornati, vel con-

glutinati, vel emendati continentur, d. l. librorum 52. §. unde 5. ff. de leg. 3.

13 Sic & argenti cælati appellatione comprehenditur quod cælari cœpit, l. cum aurum 19. §. infecti 11. ff. de aur. & arg.

14 Facit tamen ut pecunia destinata in emptionem prædiorum in rerum immobilium numero reponatur, l. quid ergo 5. §. quid ergo 6. ff. de cont. tut. & ut. act.

15 Et ut pecunia nominibus faciendis destinata nominum legato cedat, l. qui filium 64. l. si chorus 79. §. his verbis 1. ff. de leg. 3.

16 Vt in bonis quæ certo loco sunt non habeatur, quod ibi venale, vel mercis causa habetur, l. generali 32. §. uxori 2. §. idem quæsiit 3. ff. de usu & usufr. leg.

17 Nec nummi ibi repositi ut mutuo darentur, l. si fundus 44. l. si chorus 79. §. his verbis 1. l. si ita 86. ff. de leg. 3.

18 Nec quod ibi est ad tempus, l. si fundus 44. l. qui saltum 67. l. quæsitum 78. §. rebus ult. ff. de leg. 3.

19 Præterea fundi legato, vel emptioni accedit sterculinum, si stercorandi agri causa paratum sit, si vero vendendi causa, non

accedit

accedit l. fundi 17. §. fundo vendito 2. ff. de act. empt.

20 Quin etiam dempta ut reponerentur pristinam causam retinent d. l. 17. §. pen. & ult. & l. granaria 18. §. pali ult. ff. de act. empt.

21 Et pecunia exacta ut iterum collocetur pristinam causam retinet l. qui filium 64. ff. de leg. 3.

22 Denique lanæ legato non continetur, lana valetudini fomentationi, vel deliciis destinata, l. si cui 70. §. sed nec 6. §. ne ea quidem 7. ff. de leg. 3.

23 Destinatione nostra fundorum nomina & domus, non natura constituuntur l. quod in rerum 24. §. quod si 3. ff. de leg. 1.

24 Et quod uni fundo destinatum est, alteri videtur ademptum, l. si ex toto 8. in pr. d. l. 24. §. 3. de leg. 1.

De Rationibus.

1 QVi rationes reddit debet eas in primis legendas offerre, deinde computandas, ut explorari possit imputationes probè an improbè referantur, accepta rectè re-

lata, an non recte l. cum servus 82. ff. de cond. & dem.

2 Et postremo reliqua solvere: alioquin rationes redditæ non censentur, nec conditioni satisfactum rationum reddendarum, l. qui sub 111. ff. de cond. & dem.

3 Reddere non tenetur is, cui rationum reddendarum necessitas remissa est, l. cum necessitatem 18. C. de fideic.

4 Non tamen res quæ apud eum sunt lucrifacit: sed ei scrupulosa inquisitio remissa est, hoc est ut negligentiæ ratio non habeatur, sed fraudium tantum, l. si servus 119. ff. de leg. 1. l. non solum 8. §. si heres 6. l. si quis 9. l. Lucius 12. l. procurator 23. l. ult. §. inter cætera 1. ff. de lib. leg. l. creditor 60. §. Lucius ult. ff. mand. l. ita 5. §. Iulianus 7. ff. de adm. tut. l. Aurelius 28. §. Mævia 4. ff. de lib. leg.

5 Sed & eas lucrabitur, si constet eas quoque legato fuisse comprehensas l. si quis 9. l. cum ita 19. ff. de lib. leg. l. ita 5. §. Iulianus 7. ff. adm. tut.

De Ratihabitione.

1 RAtihabitio mandato comparatur, c. ratihabitionem 10. de reg. iur. in 6.

2 Et retrotrahitur, cap. 10. de reg. iur. in 6.

3 Nisi in his quæ fieri debent intra certum tempus à lege definitum: Nam tunc ratihabitio facti alieni non retrotrahitur nec prodest, nisi intra illud ipsum tempus facta sit, l. bonorum pen. in pr. ff. ratam rem hab. Guid. Pap. qu. 15. & 436. num. 103.

4 Delegatio superveniens non retrotrahitur ut confirmet processum, & sententiam illius, qui processit ut delegatus cum non esset, Guid. Pap. qu. 286.

5 Gesta per falsum procuratorem possunt rata haberi post conclusionem in causa Guid. Pap. qu. 320.

6 Quinimo post sententiam, Guid. Pap. qu. 320.

De Mobilib. & immobilib.

1 APpellatione bonorum mobilium & immobilium præsentium, & fututorum non comprehenduntur nomina seu debita, Guid. Pap. qu. 291. 499.

2 Bonorum vero appellatione comprehenduntur, Guid. Pap. qu. 499. num. 1. V. & præmissa.

3 Pistrina navibus substructa inter mobilia reponuntur, Loüet. M. 13. & ibi Brodeau.

4 Nihilominus in eorum venditione sub hasta eadem solemnitas requiritur, atque in subhastatione immobilium, Loüet ibid.

FINIS.

TITVLI
Hujus Operis.

A

C

A

INDEX.

INDEX.



Fin de la Table.